This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

COELVM PHILO
SOPHORVM SEV DE SECRETIS naturæ. Liber.

Denuo reuisus & castigatus.



PHILIPPO VLSTADIO PATRICIO
Nierenbergensi. Authore.

g::sp::2d:s::l::2z::n::
·1596·

AEQVO LECTORI.

SAbes amice lector eam medicinę partem vel nobiliſſimam, qua non ſuccus aliquis amarus ægre impingitur, aut craſſa rerum miſtura corpori humano in medicamentum cedit. Verū vt earundem purior ſecretiorq; poteſtas, ceu animula quæpiam rebus artificio ſubducta, ipſe ſpiritibus noſtris inſinuat, vitamq; vegetiorem reddit, rem ſane quę perinde noſtri ſeculi vulgo mediculis incognita erat diu: ſic popello huius ope egenti deſyderata diutius quæq; a dariſſimis primum inuenta medicis, ac proceſſu operoſius exculta principibus ſolum viris, cæſaribus: regibus, ac ducibus vel medicorum induſtria fuerar familiaris medicina nunc dei optimi benignitate plebi & ſalubris & communis vt fieret, ex opera hoc opere curauit Vlſtadius. Laudent licet alij aduerſum ſeuiſſimas ægritudines nobilem Theriaces opem, alij contra affectuum meſſem Mithridatis medicamentum miris præconijs exdament θαλεξιφάρμακα nimirum pro ſuis facultatibus nunq; ſatis commendata, ſed ea, quod craſſa vndiq; conſtantur materia: haud aliter quam corporeos pellunt morbos. Hoc autem quis non plane probabit, quod non modo vt corporis pellat morbos, efficaciſſimum eſt, verum his pulſis, tam ſpiritum adauget, quam vitam mirifice prolongare potens eſt, quo vel maxime omnium fieri ſolet, vt quemadmodum elementis, humoribus: membris: reliquiſque corporis particulis ſpiritus præſtat omnibus, ſic quæ hunc ſeruant refouentq; medicamēta, terrenis, craſſis impuriſq; membrorum remedijs præſentia magis ſunt. Quare optime lector hanc Vlſtadij lucubratiunculam vel qualemcunq; boni conſule atq; miſere ex ſpiritu laborantibus, hac rerum craſſiſſimarum ſecretione ſalubriter conſultum eſſe, tibi perſuadeas, qua morbum regium, attonitionem, conuulſionem letalem, lethargum delirium. Spiritum iam deficientem aut his ſimiles animi pereuntis egritudines: non maiore fide ac dextritate arcebis vnquam.

Vale bene,

Strennuo

Strennuo ac nobili Fœlici de Gennasio, Valentiano, Delphinali domino, & contribuli, Philippus Vlstadius S.

SI vales bene est, ego quidem dei benignitate optime valeo, fœlix omnium fœlicissime. Semper animo volui, quid tibi pro innumeris mecollatis beneficijs possem referre, qui sciam ingratitudinem omni vitio ab omnibus detestari magis. Quare venit in mentem, paruum hoc, quicquid est: litterarum munus, vel nostra diligentia ex variorum authorum lectione congestum, tibi dicari tuicq; nominis præsidio in lucem edere, quod & æquo animo te suscepturum minime diffido. Tametsi breue admodum ac lucs cinctum sit, id tamen te maxime oblectaturum non dubito, tum quod nouarum medicinarum & antiquarum sit velut repositorium, cum qđ perobscure a Ioanne de rupescissa, Raimundo Lullio, Arnoldo de villa nous ua, Alberto magno, secretorum naturę rerum summis indagatoribus scripta sint, tam philosophica: tũ medica & Alchimica pleraq;, atq; adeo vt a paucis immo quasi nullis nostra ętate intelligi possunt. Quod eo fieri augurandum est, quod veterum dogmatum, librorum q; hactenus nihil, vl parum viderint. Ad paucorum enim manus peuenisse video Mercuriorum librum, aut testamentum, aut Codicillum aut reliquos Raimundi libros, quos si desideramus, haud facile ad optatum finem pertingere licebit. Tametsi non ignorẽ, optimos libros esse quibusdam, qui tamen abigunaris rerum naturæ contemnuntur atq; anicularum fabulis posthabentur Quo vel maxime fit, vt nõ immerito meæ huic fœturæ illusum iri metuam: cum id ipsum Lullio huius disciplinæ expertissimo acciderit. Quare cum tanto viro zoili non defuerint, operi ego meo insidias poni abinuidorum linguis facile conijcio. Quosdã enim vel doctiores ac philosophos naturę secreta abdita inquirentes, male habebit, opus tam a multis celatũ diu, in lucem edi, omnibus commune fieri. Indocti vero contra, non qđ laborí inuideant, sed quod minus intelligant, exibilare non desinent. Quare mi fœlix suauissime hanc nostram lucubratiunculam tuo obtutu edi tam, a liuidorum defende linguis, atq; ideo magis, q; non ad scientiæ ostentationem: neq; laudis nanciscendæ gratia, verum vt communi hominum generi prodesset, facta. Vale eximium Delphinalium heroum decus, et me, vt soles, ama. Ex Friburgo Heluetico, viij. Kalen. Maias, Anno a Christo nato, DDD. XXV.

PROLOGVS.

PErmultos veterum authorum ſcripſiſſe prædara volumina cum de quinta eſſentia, tum de auro potabili atq; aquis vitalibus compoſita, nemo eſt qui neſcit, idipſum vero a recentioribus factum eſſe itidem patet, cum autem omnes, qui de arte hac aliquid ediderit, adeo minutim, aut conciſim, tamq; obſcure ſcripſerunt, vt veldiligentiſſimis rei rimatoribus in errorem labi, quam fructum conſequi promptius fuerit, quos vt ſeduci miſere cognouimus non potuimus non aliquam certiorem dare inſtitutionem: quæ artis theoremata & operationem contineret, qua ſeruata ad deſtinatum effectum ire faciles poſſemus. Edidimus autem hunc librum, fatemur ſermone incompoſito ac præmature nimis, quod eo factum eſſe putato, primum ne miſere laborantibus id temporis quo celandus erat, de eſſet huius medicina, tũ vt Tirunculis rudis ſermo eſſet apertior. Sed iam ad inſtitutũ aggrediamur regula generali præmiſſa.

CANON GENERALIS.

Stellarum vim, quæ cœlo philoſophico applicantur, cuiuſcunq; ſint cõplexionis: naturæ, ſeu proprietatis, ipſum cœlum perfectiſſime ad ſe trahit, Lullio, Arnoldo & Rupeſciſſa Authoribus.

Forma

FORMA FVRNI.


Aqua
ad
vite
Recepta
culum
Recepta
culum
Cinale plenum aqua frigida
Alem
bicum
Alembi
cum

De quinta essentia.

Quid sit quinta essentia cuiuslibet materiæ simplicis.

Caput primum.

PRimum ergo sciendum, quid essentia quinta cuiuslibet rei & materię simplicis sit, quo cognito, facile reliqua liquebunt. Marco enim Cicerone teste, omnis ea quæ de re aliqua datur institutio, a definitione proficisci debet: vt intelligatur de quo sermo habendus sit. Quare quintam essentiam scito esse quintum esse rei cuiuslibet habentis formam & speciem, & animã subtilissimam extractam a corpore suo tanq̃ a materia crassiori, & superfluitate quattuor elementorum per subtilissimam & extremam distillationem, quæ vt fiat infra docebimus. Cęterum ne miretur aliquis quod a nostris hominibus fuerit incognita diu ars ista, multi enim priscorum philosophorum sic hac in re laborarunt, vt per eam hominis vitam nutrirent, fouerent atq̃ quam longissime tribuerent, mortem differrent, statutũq̃ naturæ terminum attingerent, neq̃ tamen, quod vanis promittere facile est vitam ipsam supra statutum a Deo finem prolongarent, id quod Paulus ait, omnibus semel moriendum esse, quare corruptibili aliquo medicamento vitam perpetuo seruare incorruptam, vt naturæ alienũ est, sic hanc in omnem seruare ætatem illesam medicamento incorruptioni vicino, natura potens est, quod vt optime fiat, optimum antidotum est quinta essentia, quæ quum res elementaris non sit, sed ceue anima quæpiam a suo corpore secreta, ita vt nulla in ea remaneat qualitas frigida aut calida: humida vel sicca, quæ habent in se quattuor elementa, reliquaque omnia mixta. Quo vel maxime fit, vt incorruptibili naturæ sit proximũ quintũ hoc esse, sic vt quicqd ei cõmisceatur, incorruptibile quodammodo esse videatur. Nã confert & restituit omnes vires p elementorũ excrementa homini dẽptas. Estque spiritus vitæ, cũ digerat cũcta indigestibilia, abscindatq̃ nes qualitates superfluas. Carnes a corruptione conseruet, elementata confortet, iuuentutem pristinam restauret, spiritum viuificet, molle induret, durum mollificet, Spissum rarificet. Tenue inspisset. Macrum impinguet, Pingue extenuet, Calidum infrigidet, Frigidum inflammet, Humidum desiccet, Desiccatum humectet: repellatque omnem complexionem corpori aduersam. Proinde humorum superfluorum incommoda extinguit, calorem naturalem instaurat, ita vt ad vitæ sustentationem a summis philosophis conuenientius inueniri nihil potuit vnquam. Iam vero quinta licet essentia habeat aliquando complexionem rei sibi adiunctæ (nam cuicumq̃ rei complexionatæ adiungitur illius ad se complexionem trahit) Tamen si est sola per se nullam omnino habet in se ex quattuor qualitatibus, æreis videlicet, nec aqueis, nec igneis, nec terreis, quod a philosophis peritis feliciter ex eiusdẽ finitionis conditione dignosci, seu diiudicati pot est.

digerit aurum incorruptibile, / cum sit naturæ incorruptibilitatis.

est. Quarto ergo & vltimo scias etiam ipsam quintam essentiam non habere aliquid de elemento terreo frigido vel sicco: quia melancolicas egritudines (quæ frigidæ sunt & siccæ) curat. Ergo pro conclusione vides ipsam nec esse calidam vel frigidam, nec humidam vel siccam, quum sit res temperatæ naturæ, excedens omnia elementa quæ sub cœlo sunt. Quum enī administratur alicui, facit ipsum corpus temperatum, nec a temperātia sua recedit, assumendo aliquam qualitatum vel complexionum. Nec etiam sequitur quod sit medicina infirmitatum frigidarum propterea q̄ sit naturæ calidæ, nec etiam cum curet calidas quod sit frigidæ. Nam duo contraria non possunt in vno corpore existere, quia vnum contrarium ab alio expellitur. Ideo videmus ipsam non debere dici calidam vel frigidam, nec siccam vel humidam, exquo curat ptisicos, qui sunt calidi & sicci, & idropicos, qui sūt humidi & frigidi, sed omnes illæ quattuor qualitates in ea sunt corruptę & sublatæ penitus. Et quanq̄ non sit elementum, est tamen res tēperata, p elementa ipsa purificata, & extracta a fecibus q̄ttuor elemētorū, quæ sunt corruptionis causa potissima. Segregant igitur illæ feces tanquā corpus grossissimum a sua materia tanq̄ ab anima subtilissima p scientiā distillationū. Quia quinta essen. vocabulū cōmune oīm rerū que formā habent & speciem ad extrahendū ab ipsa re. Et licet potissimum de vino intelligatur, tamen quamplures sunt aliæ materiæ, ex quibus elici & educi potest ipsa quinta essentia, sicuti ex omnibus metallis, ex omnib' fructibus, ex carne, ex ouis, radicibus, herbis & alijs quampluribus, sicut infra docebitur. Sed tamen omnia alia excellit quintum esse, propter nimiam suam subtilitatem, & ideo a quampluribus philosophorū fuit appellatum cœlum philosophorum. Nam sicut ipsum cœlum se habet erga quattuor elementa, ita etiam se habet cœlum hoc philosophorum (quintam essentiam puto) erga quattuor qualitates corporis humani, quod ex ipsis elementis compositum est. Appellatur etiam a quibusdam aqua ardens, quoniam in igne (dummodo sit ad suam perfectionem & extremā distillationem deducta, nullam superfluam humiditatem in ipso vase relinquens (vt infra de modo ipsam cognoscendi docebitur) comburitur. A quibusdam vero dicitur ipsa anima vini. Nam sicut ipsa anima nobilior est suo corpore, sic etiam ipsa quinta essentia, quæ per veram distillationem extrahitur, nobilior est ipso vino ex quo educitur. Nuncupatur quoq; ab alijs aqua vitæ: eo quod vitam humanam a corruptione conseruet, sicut videmus, quod administratur habentibus Sincopim. Et quia vario modo extrahitur, de primo modo dicemus.

Quomodo extrahitur quinta essentia vini per distillatorium. Caput ij.

De extractione quintæ eſſentiæ.

LOgnito ergo quid ſit quinta eſſentia & ad quid conducat, ſiue propter quid ſit reperta, perpendendum eſt & conſyderandum, per quot modos poſſit extrahi: & a quibus rebus. Et quia extrahitur a rebus humidis, ſiccis, calidis, & frigidis, primo dicemus quomodo extrahitur ab humidis, ſicut de ipſo vino. Et hoc ſit ita.

. NOTA.

Recipe de vino rubeo optimo, parum ad dulcedinem declinãte, quod nullo modo ſit mixtum aut ſophiſticatum ſed ſit plane naturale, non nimis recens, nec etiam nimis vetus, ſed temperatæ ætatis.

Aut ſi non poteris habere vinum rubeum, accipe album optimum in quantitate quam volueris, ponatur in cucurbitam. Sicut ibi.



Vſquequo duæ partes ſint plenę, & tertia vacua. Poſtea ſupimponantur alembicus cum roſtro, ſicut hic eſt depictus. Ita ꝙ roſtrũ ingrediatur ſuperiorem partem ipſius receptaculi, cuius forma hæc eſt.



Et omnia bene lutẽtur cum luto facto ex papyro, longo tempore madefacta, vel ex farina & albumine ouorũ facta mixtura ad ſpiſſitudinem mellis. Poteſt etiam fieri ſecundũ Raimund. Lullium, cum olibano vel maſtice molli, vel cum puluere calcis viuæ, incorporato cũ albumine oui. Et cum tali luto lutentur ſupradicta tria vaſa: ne exhalet virtus animalis et vegetatiua ex materia diſtillanda. Et vaſa ita ſint lutata, vt hic.



Hoc facto ponatur cucurbita in annulum multa foramina habentem, qui dicitur Tripes archanarum,
Cuius forma hæc est:



Postea ponatur tripes super furnum habentem caldare amplum, sicut est balneum marie ita quod caldare repleatur prodimidio vel pduabus tertijs cum aqua, forma autem caldaris hic est.

Et

De gradibus ignis caldari adaptandis.

Et tripes ponatur super dictum caldare: & sit immuratum ipsum caldare. Vel ponat̃ ĩ furnum accidię qui circa finem huius capituli depingetur, & subtus facito ignem lentum: semp̱ parum augmentando ipsum. Et quãdo ipsa cucurbita tepescit: non vltra augebis ignẽ, sed semper imitare ipsam naturam, inquantum tibierit possibile. Nam ipsa natura (vt ait Galienus & Lullius) nil violenti potest pati absq; primeui corruptione. Quattuor enim (teste Auicẽna) caloris sũt gradus, secundũ quatuor complexiões aut qualitates. Quorum primus est tepidus scilicet vt aqua tepida: ita calefacta, vt nullũ ei immissum ex membris possit ledi. Secundus vero gradus est calidus, ita vt possit sufferri ab aliquo membro humano citra lesionem. Tertius gradus calidus est, vt si membrum immissum fuerit, ex ipsa possit offendi caliditate. & est gradus proximus ebulitioni. Quartus vero caloris gradus ita vehemẽs est, vt nullo modo caliditas possit tollerari, quia excedit nimium in calore, et hic gradus est ipsa ebulitio. Dicitur autem a quibusdam ignis balnei, ignis primi gradus. Ignis vero cinerum ignis secundi gradus. Vltimo vero ignis ardens. ʒ grad. Quartus autem reij citur. Secundum vero alios artistas ignis balnei est in primo gradu.

Lullius ĩ lucę mercuriorũ.

quatuor caloris sunt gradus, sicut in homine quatuor complexiones,

Ignis

Ignis cinerum in ſecundo gradu. Ignis arenę in tertio. Si uero eſſet procedendum ad ignem quarti gradus: quod rariſſime fit: loco arenę ponatur limatura martis, & erit ignis feruentiſſimus. Et tunc ipſa cucurbita debet undiq; lutari cū argilla, ſicut fit in diſtillatiõe aquę fortis ne ex nimio calore rũperetur, quia limatura martis quodãmodo candeſcit. Et per hos quatuor vltimos gradus poteris optime regere ignem, ga ſenudam Auicennam vix poteris, vel cum maximo labore. Circa hoc velim diligentem huius artis ſectatorem: id eſt qui diſtillandi velit obire miniſterium, notare q; in omni & quacũq; diſtillatione ignis nunq; debet augmentari vſq; ad quartum gradum, quia ignis eſſet plus violentus q; natura materiæ diſtillandę poteſt ſufferre, et ex conſequẽti poſſet violari ipſa natura ex nimio & violento calore. Et ideo ab omnibus artiſtis iſte quartus modus reiicitur. Ideoq; ſunt quidam aromatarij pharmacopolę & ceteri id genus alij, quibus immerito facultas diſtillandi permittitur, quum id philoſophorũ & medicorum (q naturæ ſunt indagatores) peculiare ſit officium. Natura enim ipſa a Deo optimo maximo ita fuit ordinata, vt nihil vehemens poſſit cõpati, abſq; ſuij ipſius corruptione: ſicut ex multis philoſophorũ poteſt probari opinionibus. Ideo ego conſulo huius artis amatoribus, vt hoc in opus egregium a diuina prouidentia ad humanę conſeruationem vitę nobis datum, nullo modo ſeſe intromittant, niſi iſtorum quattuor caloris graduum perfectam habuerint cognitionem, eoſq; & ignem, vt per omnia debet fieri, ſciant temperare. Et ideo in prima diſtillatione faciendus eſt ignis cum carbonibus lenibus, vel cum ligno valde ſicco vſq; ad finem tertij gradus caloris, ita vt balneum propemodum bulliat. In ſecunda autem diſtillatione deſcendes, faciendo ignem, ſp ſumq; minues per tertiam partem vnius gradus, vel ad duas tertias, et propemodum ad vnum gradum, vt quaſi ſit diminutus vſq; ad ſecundum gradum. In tertia vero diſtillatione ita ſemper deſcendes, gradatim minuendo ignem, vſquequo redigatur ad ſecundum gradum, et tertiam partem vnius gradus. In quarta autem minuatur vſque ad ſecundum gradum. In quinta ſic deſcendes vt ignis ſit vnius gradus, et duę tertię vnius gradus. In ſexta ſic decreſcat, vt ad primum reducatur gradum cum vna tertia. In ſeptima vero & vltima diſtillatione ignis ita eſt leuendus, vt ad primum caloris gradum (queeſt tepiditas) perducatur, et non vltra deſcendes. Et nota q; quilibet caloris gradus habet tria interualla, ſecundum principium, medium, et finem. Hoc autem vlterius ita eſt intelligendum, quare gradus caloris ſint ſemper minuendi, quia in prima diſtillatione materia eſt groſſiſſima, ita vt etiam diſtillationi facile obedire non poſſit, propter impuritatem et crudam ſubſtantiam & per hoc non eſt ſimilis alijs ſequentibus diſtillationibus ſecundæ, vel tertię, vel etiam alijs ſubſequentibus.

Conſilium.

Diminutio caloris in progreſſu opportuna.

Ideoq;

Ideoq; in prima diſtillatione ignis eſt exaltandus per vnum gradum vſq; ad tertium, ita q; vltimam tertij gradus partem attingat ita quod, etiã balneum ſit calidiſſimum, non tamen debet bulire. In ſecunda diſtillatione lenius eſt agendum, quia per primam groſſicies materie aliquantulum eſt attenuata, & ideo non adeo magni ignis eſt indigens. Et in tertia tanto ſubtilius, et ita ſemper deſcendendo paulatim in qualibet diſtillatione

furnum accidit.



exs

extenuabis ignē. Quia vt iā sepi⁹ dictū ē, si nimiū cogeres ipsā substātiā q̄ debet distillari, natura ipsa corūperet. Ait eī Galie. & Aristot. q̄d natura ē incōpatibilis & mot⁹ vehemētioris. Ideoq; ea q̄ poteris diligētia pspiciendum & perlustrandum est totes animi viribus et conatibus, ne in temperandis caloris gradibus deficias, quia in hoc vera omnium distillationū ars consistit. Ideoq; totam rei substantiam aperte declarare voluimus, ne mella absinthijs miscuisse videamur. Sequitur forma furni accidæ.

Aristot. libri. ij. phisic.

Respicite & vigilate, materia est ignis quia indigerendo nutrit.

Quomodo materia rudis distillationi minus obediens debeat putrefieri. Cap. iij.

OMNI DILIGENTIA et accurata industria considerandum est, cuius substantiæ sit ipsa materia digerenda dure secundum vel mollis, hoc est grosse vel subtilis, et qui aut qua arte possit putrefieri aut digeri, vt obediat magis distillationi, & vt purum ab imputo, grossum a subtili, & cōtra possit sequestrari. Quicquid igitur hoc sit, ex quo extrahere velis quintam essentiam per distillationem, primum et ante omnia in fimo equino, cui nullus calor p accidens attribuitur, putrefiat, et digeratur per duos menses, & iterum inter primam & secundam distillationem per vnum mensem, inter secundam & tertiam per tres hebdomodas, inter tertiam et quartum p quindecim dies, inter quartam et quintam per dies octo, inter quintam & sextam per dies quattuor, inter sextam et septimam per duos dies. Et scias quod fimus semper debet esse eiusdem caloris, quia si calor deficeret, aquæ circulatio corrumperetur, et per consequens materia ipsa, quę in quintā essentiam deberet redigi, separaretur in calore cœli, quod poteris in diametrali linea videre, que ipsam quintam essentiam, que est pars superior, diuidit a suis fecibus, & hęc est pars inferior. Et hic notabis, hos gradus digestionis & putrefactionis materię suæ ita attribuendos esse, sicut supra de gradibus caloris narratum est. Iccirco longiori putrefactione opus est ante distillationem quam postea. Et facta prima distillatione, materia ipsa non tantum grossiciei in se continet, & magis est apta ad faciendā quintam essentiam quam erat antea. Et ideo post primam distilationem putrefactio debet fieri breuiori tēpore quam antea, quia materia est effecta subtilior & defecatior quam erat. Et ideo non immerito perpendendum est, debere fieri septem digestiones seu putrefactiones, sicut & septem distillationes. Modus autem digerēdi secundum philosophorum opiniones hoc modo traditur. Quod quilibet qui vult tale opus perficere, faciat fieri foueam quinq; pedum profundam, largam vero duorum pedum, vel paulo plus. Cuius figura debet esse talis, vt hic.

Gradus putrefactionis.

nota interualla ignis ad materiam digerendum.

Modus putrefactiendi materiā.

Modus putrefactiendi.



Fiat fouea, in loco humidissimo, sicut in aliquo cellario. Qua facta, fiat stratum in fundo eiusdem de calce viua per spissitudinem semipeois, super quo strato fiat aliud de fimo equino non nimis putrefacto, vel etiam nimis recenti, super quo strato impones vas ipsum in quo est materia fermentanda. Et in circuitu vasis vndequaq; ponatur de ipso fimo, donec tota fouea impleatur. Quo facto madefiat fimus cũ aq̃ tepida secundum magnitudinem & quantitatem fosse, donec dignoscatur calor circa vas aut cucurbitam & hoc fit communiter in spacio dimidiæ horę. Si aũt non fiat in media hora superinfundatur vlterius de aqua tepida: & hoc fiat tribus vel quatuor vicibus in hebdomada. Ita tamen ꝙ calx & fimus vetus semper amoueatur, & de nouo alia fiant strata, vt superius dictum est. Et hic modus debet seruari in omnibus rebus quas distillare volueris: & ideo fit digestio: ꝙ leniter & absq; vllo naturę vehementi motu, actione, & mutatione materia grossa magis subtilietur, & distillationi obediat. Degestiua vero varie ordinantur, secundum quattuor gradus caloris: ita quod in prima magis sit operandum q̃ in secunda tertia quarta & alijs, sicut de calefactionẽ balnei prius dictum est. Ideoq; in secunda digestione temperatius est agendum: et stratum de calce sit magis tenue: & stratum fimi magis super eleuatum quam in prima, et ita vlterius in digestionibus procedes vsq; ad vltimam, in qua non debet fieri stratum de calce, sed tantum de fimo. Potest etam fieri digestio, ponendo ipsam cucurbitam cum materia digerenda per aliquod tempus ad solem in diebus canicularibus. Vel potest etiã poni ipsa materia digerenda in sua phialia siue cucurbita super furnum siue fornacem aliquam tempore hiemis. Potest etiam fieri aliqua putrefactio in speculo calibis, ita quod materia digerẽda ponatur ad solem inter ipsum solem & speculum: ita quod radij solares ad id reuerberent, & ex calefactiõe ista potest fieri digestio principaliter in diebus canicularibus. Aut quod cucurbita ponatur eiusdem diebus in vale impleto arena, & calefiat paulatim cum aqua tepida: & cucurbita tegatur ab ipsa arena ꝓdua bus tertijs. Aut quod ponatur vas in aquam tepidam, quodammodo in balneo marię, Et hoc potest fieri duplici via. Vna quod habeatur caldare in collo fornacis: ita quod ignis non sit subtus: quia ex nimia ipsius ignis caliditate natura magis corrumperetur quã iustificaretur, Alia via est, q̃d vas

modus digerendi inuentus equino,

& ab omnibus laudatur, / Ego sic probo, /

Secund. modus digesti

Tertius modus digesti.

Quart. modus digesti.

Quint. modus digesti.

Sextus modus digesti.

modus in balneo digerendi, /

vas in qua materia est digerenda, ponatur in æstate in congerie formicarum, ita vt fundus circulatorij sit penitus sepultus, & quod sol reuerberet super extremitatem, & in hoc videbus mirabilem digestionem, Septimo & vltimo potest ipsa materia digeri & putrefieri in mense octobri in vinacea: quia etiam nullum habet calorem per accidens: sicut & ipse fimus equinus, & ibi quando botri sunt expressi, & habet etiam mirabilem operationem, dum vasa circulatoria in ipsa sepeliantur. Et licet a quampluribus non ponantur nisi septem formæ digerendi. Isidorus tamen de Iunipero ait, quod si imponantur prunæ incineres iuniperi optime corperiendo ipsum cinerem, quod possit conseruari ignis inextingnibilis per totũ annum. Et in hoc cinere etiam possit fieri q̃ optima digestio. Et hęc sufficiant de putrefactione facienda, & materia digerenda.

incinere Iuniperj.

Quomodo possit cognosci, an vinum digestum circulatoriæ distillationi sit aptum. Caput. iiij.

Vum ergo vinum fuerit ita septem vicibus digestum, vt supra auditum est, poteris hoc modo probare, an sit ad faciendã distillationem circulatorie. Accipe linteolum, & malefac in digesto vino: postea accendatur cum candela: & si vinum cõburitur absq; lesione & combustione linthei, non est rectificatum sed est verum indicium, in eo superstitisse aliquam substantiã aqueã. Et ideo semper adhibẽda est opera, vt digeratur toties, & tam diu, vt possit ex eo fieri probatio. Sunt autem nonnulli, qui dicunt zuccarum debere immitti, & si sit bene rectificaca, zuccarum cum ipso vino plane comburi. Notabis ergo istud ita digestum vinum nondum posse appellari quintã essentiam, sed ipsum subiectum quintæ essentiæ. Quum vero pannus linteus aduritur cum ipso, & quod plane perdiderit omnem saporem horribilem acutum & sulphureum, ita quod gustanti videatur propemodum dulce, & quod nil de fumositate restet in ipsa adustione. Et tunc tempore poteris appellare quintam essentiam. Sed in rebus insensibilibus, & nullũ saporem habentibus aduertendum est ad fumum, sicut in auro, & argento & alijs metallis, & lapidibus preciosis, ex quibus extrahitur aliquando quinta essentia, quæ aurum potabile ingreditur. Circulatoriæ vero distillationis vasa sunt diuersa a diuersis tradita authoribus. Sunt enim aliqui facientes vas eo modo, quod imponatur alembicus cecus super cucurbita, & in supremitate faciunt paruum foramen, per quod materia immittitur siue extrahitur, quando debet circulatorie distillari: & obturetur cum parua portiõe vitri facta ad id vt vndequaq; bene redudatur, ne materia possit exspirare. Potest etiam fieri clausura de argento, eo tamen modo, vt foramen penitus sit obstrusum. Et hoc vas ab aliquibus dicitur Pellicanus. Cuius forma est hæc.

Alij volũt q̃ nisi. iiij. vicibus debeat digeri.

subiectũ quin. essen. quõ cognoscitur quinta essen. in rebus sensibilibus & in reb⁹ nullũ saporẽ habentibus.



Alij vero faciunt vas in omni parte equale, amplum in fundo ſicut in collo, cuius forma hæc eſt.



Sunt etiam non nulli qui ponũt duas cucurbitas in ſimul ita vt roſtrum vnius in gradiatur in ventrem alterius: ſicut hic eſt.

Et hij poſſunt appellari duo fratres, Et ita materia circulariter diſtillanda deſcendit in vno, & in alio aſcendit & iterum deſcendit in aliud. & aliud aſcendit. Alij vero faciunt: vnum ſolum vas rotundum, ſup & ſubtus largũ, in medio vero ſtrictũ: & habet roſtrum, pcedens a parte inferiori: & quando materia dicto vaſi ĩponitur, bene recludatur cũ vitreo vel argẽteo obſtruſorio Et forma huiꝰ vaſis eſt hęc



Alij vero habent cucur. cũ alembico ceco, ſine roſtro, ita

ꝙ ſint duæ cucurbitæ, vna ſuper impoſita alteri & os inferioris ẽ largius quam os ſuperioris & optime lutetur alterum ſup alterũ, ſicut hic eſt.

Alij

Alij vero faciunt vasa circulationis æqualia, ita quod ab vna extremitate ad aliam, sint eiusdē magnitudinis: & in medio habet rostrū, sicut hic est.



Aliqui etiam faciunt vas vitreum vnius fragmenti, & habet duas ansas sicut duo brachia: ita q̄ ansæ ipsę a superiori parte p̄cedentes ingrediantur ventrē inferioris, & pars superior habeat paruum foramen cum rostro, per quod immittitur & extrahitur materia circulanda, hoc modo.

Pelicanus

Debet autem ipsum foramen optime lutari, vt de alijs supra dictum est. Et hoc extremum circulatorium vocatur ab aliquibus pellicanus, ab alijs vero vas Hermetis, & est nobilissimum & accommodatissimum inter omnia circulatoria, sed raro possunt fieri. ex quo vitrearij non habent industriam & formam faciendi ex vno solo fragmento. Sed si poteris habere artificem expertum: non dimitas, quin tale fiat pro auro vel argento.

Quomodo sit distillandum circulatorie. Cap. v.

Vum ergo cognoueris materiam supradictam per frequentē putrefactionem satis esse digestam, & supra scripta probatione experieris, vasaq; ad circulationem apta habueris, impone materiam in dictum vas circulatorium & pone in fimum equinum, aut in diebus canicularibus ad solem, aut in balneum Mariæ calefactum vsq; ad primum gradum caloris, vel paulo plus, secundum quod videris materiam esse temperatam & subtilitatam per digestionem: & ibi longo tempore dimittatur, quousq; in quintam essentiam tibi desideratā conuertatur, & hoc poteris ex ipso sapore cognoscere, vt supra dictum est.

nota ignis ubi. s. ff. & extrait,

Et nota diligenter, q̄ si appareat in fundo vasis ypostesis, hoc est nubecula quedam turbida, a materia sua debet q̄ primum separari per distillationem & hoc facto iterum circuletur, vt inceptum est. Aut si commode fieri potest, debet colari in aliud vas circulatorium, ita vt grossicies materiæ in primo vase relinquatur. Quum ergo diligens huius artis inquisitor per-

Nota

ceperit quintam eſſentiam in ſubtilitatione & purificatiõe materię vini vł fructuum, æſtimet & credat ſimile id cõtingere in omnibus alijs huiuſcemodi. Et ideo bene credendum eſt opinioni Ariſtotelicę quod materia ita per diſtillationem nobilatata & immateriata, non poſſit vltra reduci ad formam vel ſpiritualitatem aliquam, quum ſit ſine ſubſtantia elementata excedens formalitatem & corruptionem: & ideo eſt quaſi corpus cœleſte. Nam ſicut ipſum cœlum ſe habet ad omnia inferiora, ſic etiam ipſa quinta eſſentia ad omnes complexiones & qualitates. Et quemadmodum omnia ſydera curſum ſuum habent ex nobiliſſima influentia primi mobilis: ſic etiam cunctæ medicinę quibus quinta eſſentia admiſcetur, virtutem ſuam attrahũt ab ipſa, quemadmodum adamas ferrum. Sed quoniam adeo magnum exigit laborem, & parit multũfaſtidij: ideoq; ab omnibus floccipenditur; hinc fit vt noſtra ętate pauciſſimi inueniantur philoſophi, qui huic rei velint incumbere.

Quę ſit differentia inter circulatorionem & digeſtionem. Caput. vi.

MAxim opere conſiderandum eſt, quid ſit deſcriminis inter circulationem & digeſtionem Primo ergo de vitris, quæ ad ꝗd libet horum ſunt neceſſaria. Ideoq; oportet, quod habeas ad digeſtionem inſtrumenta, & cucurbitas in ſuperiori parte amplas, ad imponendum in ipſas ſubſtantiam groſſam, ſuper quibus imponendi ſunt alembici ceci, ſine roſtro, ita quod quando in ipſis ſit digeſtum, poſſis materiam groſſam extrahere, amoto alembico cæco, & imponendo alium cum roſtro. Si autem materia ſit data, cum eſt ſemel diſtillata, & feces non immiſceantur cum diſtillato ſicut eſt in ipſa quinta eſſentia vini. Tunc poteſt capi circulatorium, ita vt infra & ſupra ſit æquale & amplum in vna forma.

In medio vero debet eſſe ſtrictum, & circa caput inferioris ventris habeat cannale in longitudine vnius digiti, in groſſitudinæ vero ſit minus digito. Sunt tamen aliqui: qui faciunt vaſa ad circulandum: quę appellantur pellicani. Cuius forma eſt.

In quo poſſunt res dare digeri, & quodlibet etiam circulari. Sed hęc vitra non poſſunt fieri a vitrearijs noſtris, quia ſunt difficilia facturę. Et ipſe ego amicum peroptimum habeo Friburgi, qui in partibus Delphinatus prope Viennam voluit facere fieri huiuſmodi pellicanum a vitrario quodam, ſed non potuit habere propręcio trium librarum Thuronenſiũ, quæ ſunt apud nos duo floreni rhenenſes. Quicquid tamen ſit, ſcito, ꝗd

hoc

hoc ipſum ſicut in precio iſtius inſtrumenti omnia alia ſuperantur, ſic etiã hoc ad omnia nobilius eſt, quam quod cũq; vas circulatorium quod fieri poſſit. Et ideo conſulo omnibus huius operis ſtudioſis, quod ſi hoc vitro indiguerint (dummodo vitrearium expertum inuenire potuerint) nequaq; argento vel auro parcant,

Eſt igitur differentia interfermentandum ſiue digerendum, & circulandum: & precipue in hoc: q̃d conſiderandum eſt totis animi viribus: quomodo vitrum ſit imponendum. Dum ergo volueris digerere: accipiatur vna cucurbita cum alembico ceco. Si vero materia eſt depurata: ſumatur circulatorium: & imponatur materia digerenda, & fiat fouea ſicut ſupra dictum eſt: in qua fiat ſtratũ de calce viua pulueriſata inſpiſſitudine trium vel quattuor digitorum: ſuper quo fiat: aliud ſtratum per ſeptem aut octo digitos de fimo equino non nimis molli & putrido: nec etiam nimis duro. Et circa circulatorium ponatur vndiq; fimus in altitudine ſicut eſt ſtratum de ipſo. Hoc ergo facto: fouea impleatur cum terra in altitudine vnius pedis cum dimidio & ponatur de aqua ſupra vitrum ita quod deſcendendo de fimo in calcem calefeciat fimum ipſum. Et omni hebdomada renouetur calx & fimus duabus vicibus. Poſſet etiam poni in fouea de fimo vel vinacea recenti, abſq; calce. Quum vero volueris extrahere vitrum, cum materia eſt ſatis digeſta, caute excipiatur: ne aliquo violento motu concutiatur & rumpatur. Dum vero volueris circulare imponendum eſt vitrum, omni forma & modo predicto. Excepto, quod ipſum circulatorium in ſuprema parte non debet eſſe occultatum, vel in fimo abſtruſum, ſed ſaltem inferior pars inſtrumenti debet reponi in calce vel in fimo, vſq; ad mediam partem, & ad omne minus tertia parte debet eſſe extra fimum ad aerem, vt ex frigore iterum deſcendat quod ab calore in collum circulatorij aſcendit. Et hoc etiam poteſt fieri in balneo mariæ, vel in calida arena, ponendo materiã circulandam diebus eſtiuis ad ſolem, aut quod ponatur tẽpore autumni in vinaceam recentem, poſtq; botri ſũt expreſſi, ſicut iam ſepius in antecedentibus notatum eſt.

De modo extrahendi quintam eſſentiam abſq; vllo labore vel expenſa. Caput. vij.

.N°A.

Hoc fac,

de s. ff. Vini,

Deputatio & rectificatio Aquae vitae

De extractione quintae essentiae:

PErspeximus illud Vergilianum Non omnia possumus omnes Cum quoq; Hesiodus dicat. Non vni dat cuncta deus. Et cum propter nimium laborem, qui semper fastidium & nauseā facit, & propter magnas expensas, quę in hoc opere egregio non immerito adhiberi solent, paucos admodum videamus laborare modo prędicto. Statuimus igitur tradere modum breuiorem, faciliorem, & minus expensarum egentem. Scio enim pplures esse studiosos huius artis, qui ex ipsa lectione nostri operis possent abduci ab hoc egregio labore. Ideoq; alium modum illis trademus extrahendi quintam essentiam vini, faciliter absq; magno labore & expensa. Et est talis. Cape de vino meliori quod inuenire potueris, siue sit album siue rubeum quod parum sit dulce, & hoc distillabis per alembicum quattuor vicibus, sicut communiter fit apud nos aqua ardens, vel aqua vitę, & si potest fieri sepius, melius foret, vt probatione possit apparere, ipsum satis superq; esse distillatum, ita quod cum in vas argenteum vel stagneum fuerit impositum, quod incensum penitus aduratur, ita vt nulla humiditas in vase remaneat, quia hæc est vera probatio. Et vinum ita distillatum, est accommodatissimum ad hoc opus distillationis circulatoriæ. Hæc ergo materia ita digesta & rectificata ponatur in prędictum pellicanum ansatū, quē iam vas Hermetis nuncupamus, & habeat in summitate foramē, p quod immittitur & extrahitur materia circulanda. Quum ergo hęc materia ita fuerit in vase bene lutato, & cum luto forti cemētato, vt vires materię euaporare non possint, & ex frequenti ascensione & descensione ipsa aqua vitę in veram quintam essentiam conuertetur. Et ipsum vinū ita distillatū, vt supra dictum est, cum habeat omnia quattuor elementa, tamen per crebram motionem & agitationem, que fit propter ascensum & descensum, de corruptibili in quodammodo incorruptibile transit & conuertitur. Si ergo videtur per crebrum ascensum & descensum distillatiōis, impurum a puro, & grossum a subtili separi, quanto magis id contingit in distillatorio q̄a millies millesies sursum & deorsum agitatur, quanto magis existimandum est putreficari ipsam materiam elementatam, & conuerti in substantiam in elementatam & corpus in corruptibile. Igitur quāto cœlum ipsum incorruptibilius est ipsis quattuor elementis, tāto magis ipsa quinta essentia incorruptibilior est corpore elementato. Quum autem illa sublimatio multoties fuerit facta in distillatorio prędicto, tandem aperiatur foramen quod est in summitate pellicani, & ex ipso preciosissimo & fragrantissimo odore poteris cognoscere, si fit aliquid ex quattuor elementis restans in ipsa materia, quæ debet conuerti in quintam essentiam

Quia si ad Quintam essentiam perfecte venit, exibit ex circulatorio odor fragrantissimus ita etiam preciosus, vt videamur esse ad cœlum

eleuati

elevati ex eius odore & nimia dulcedine, & apparet quodāmodo eſſe fragrantia cœleſtis. Et ſi aliquem locum domus ſecretum intretille fumus, adeo replebit totam domū, vt nihil ſuauius, nil amenius, nil denique odorantus vnq; ſenſiſſe videaris, ita vt ſit mirabile dictu & fere incredibile. Si quoq; ponatur in ſummitate turris, omnes aues ad ſe attrahet, quæ circa ſunt in vicinijs. Si vero contigerit q̄ non ita adoleat, iterum dauda pelli canus, & bene lutetur, & rurſum imponatur ad diſtillationem circulatoriam tādiu, quouſq; appareat effecta ipſa quinta eſſentia, ſiue (vt vult Raimundus Lullius li. primo, capite ſecundo) Mercurius vegetabilis, quod ſemper ex odore ſuprādicto poteris cognoſcere. Et non ſolum habet illum odorem et ſaporem extellentiſſimum, ſed etiam quandam incorruptibilē incorruptionem circa alias medicinas, & certe nullam habet aduſtionem in ore, ſicut aqua vitę, neq; etiam aliquam humidatem ſiue flegma, quia omnis materia terreſtris & elementaris in fundo reſidet. Et ſicut ipſum cœlum eſt compoſitum ex materia & forma, ſic etiam ipſa quinta eſſentia, & ideo ipſi cœlo comparatur. Nec tamen eſt omnis corruptionis expers q; ſi eēt perfectiſſima in incorruptiōe ſine aliquo obſtaculo faceret noſtra corpora perpetua & eternalia, q̄ ab ipſo omnium creaturarum creatore nō permittitur, quum ſtatuerit nobis terminum vitę quem preterire non poſſumus, vt ait Pſalmographus, quia teſte Seneca, nihil certius eſt morte & nihil incertius hora mortis. Et ideo quum res aliqua in quintam conuertitur eſſentiā, hoc non eſt diuinum, ſed naturale, fit tamen cum adminiculo & iuuamine omnipotentis dei, ſine quo factum eſt nihil. Ioan. i.

De modo facili diſtillationis circulatoriæ & extrahendi quintam eſſentiam abſq; igne. Cap. viij.

VVum in hoc opere excellentiſſimo omnes expenſas ſubterfugere deſideres, & (quod maximum eſt) temporis conſumptionē & perditionem ſerua, & hanc viā duplicem extrahēdi quintā eſſentiā, poteris hoc facere abſq; vllo igne vel carbonibus. Prima via eſt hæc. Accipiatur fimus equinus, & imponatur in q̄dam vas magnum & profundum, vel in foueam factam ad hoc, & in medio fimi ponatur diſtillatorium impletum cum materia diſtillanda ad duas tertias, & tertia pars remaneat extra fimum vacua, quia natura id deſiderat, vt materia poſſit habere aſcenſum & deſcenſum, & poſſit perconſequens in aquam dariſſimam conuerti, & hoc fit abſq; vllo labore vel igne, tamen oportet omni hebdomada renouare fimum ſaltem vna vice.

Et

Facilis modus diſtillandi circulatorie.

Et hoc etiam poteſt fieri in vinacea vt ſupra dictum eſt, dummodo accipiatur tẽpore vindemie ſtatim cum botri in torculari expreſſi ſunt, & in hoc videbis mirabilem operationem. Vel etiam poteſt fieri diebus canicularibus ad ſolem. Et ideo diuina prouidentia eque pauperibus ac diuitibus prouidit, vt poſſint habere modum operationis huius artis, Poteſt etiã extrahi quinta eſſentia ex vino turbido, immundo & putrido, dum tamen non ſit acetoſum. Quia tunc præſumendum eſt, ipſam quintam eſſentiam ex tali vino ex halaſſe eteua poratã eſſe, ut ait Lullius libro primo, capite tertio. Et cũ cũ vinum ſit putridum et peſſimæ ſubſtantiæ, tamen in ipſo ſem per remanet quinta eſſentia. Quod ex hoc cognoſci poteſt. Quũ enim habes vinum corruptum, quod in bono loco ſit natum, & ſit aliquo modo factum turbidum aut male ſaporoſum, tamen videmus de eo fieri optimam aquam vitę. Et ideo non eſt reijciendum tale vinum a pauperibus. Licet enim vinum ſit imperfectum, & aliquo modo corruptum, quinta tamẽ eſſentia illius nullo modo eſt leſa. Alia via extrahendi quintã eſſentiã abſq; vllo labore vel igne eſt hæc. Recipe nobiliſſimam aquam vitę quam poteris reperire, ponatur in vitrum cum collo longo, habente in ſummitate foramẽ, quod debet claudi, & lutari cum tali cera, vt infra docebitur. Vertatur vitrum, & cum collo imponatur in fimum, ſicut ſupra multoties eſt dictũ ita quod groſſicies materię reſideat in fundo ipſius diſtillatorij, & quum aliquandiu longo tempore fuerit in fimo ſepultum, denuo extrahatur ab ipſo leniter in forma, ſicut eſt impoſitum. Cuius forma eſt hæc.



Tunc videbis ſeparationẽ puri ab impuro, & ſubtilis a groſſo: & omnis materia groſſa erit circa collum vitri. Accipe ergo ſtilum ferreum ſubtilem & acutũ, infigatur ab inferius in ceram, vſq; quo ſit per forata vſq; ad aquam. Poſtea extrahe ſtilum illum, & exibit groſſicies materiæ terreſtris, quæ in collo diſtillatorij reſidebat. Et poſtquam totam diuiſeris vſq; ad ſubtilitatem Quintę eſſentię, vertatur diſtillatorium cum digito obſtructum: & reſiduum quod in vitro permanet, eſt ipſa quinta eſſentia. Sed tamen non eſt ita preciosa, ſicut illa de qua ſupra diximus. Simili modo poteſt capi aqua ardens, in vitrũ poſita, directe vt non vertatur, & ita ſepeliatur in fimo per aliquod tempus. Poſtea coletur materia groſſa: quæ reſidebit in fundo, a ſubtiliori permanente circa collum vaſis: tamen etiam non eſt

nota.

ita

ita efficax ſicut prima. Attrahit tamẽ oẽs virtutes herbarũ: & aliarũ materiarũ, & ideo non eſt omnino vilipendenda. Reperiuntur etiam multo faciliores vię pro inopibus & pauperibus, qui non poſſunt oleum & operã huic operi ſemper impendere. Sed tamen pie conſulo, vt primam viam ſecteris, quum ſit optima & excellentiſſima, & fit paruo admodum labore, & pauco argento. Nec te pigeat paruum in hoc tempus terere, & aliquantulum nummorum elargiri. Inuenies etenim, quum fuerit perfecta, millenarium fœnus in ipſa. Si autem volueris extrahere quintam eſſentiam de dolio vini tempore autumni, dum adhuc eſt nouum, & in vaſe buliens. Quum ergo volueris ſpiritus educere ex ipſo dolio, abſq; omni detrimento vini, fac fieri ex duro & robuſto ligno valde ſicco cannale vnum in magnitudine brachij, & fac pari modo fieri colatorium amplum, quod ab interius et ab inferius habeat groſſitudinem pollicis, vel paulo plus: & habeat longitudinem duarum palmarum. Intrudatur ergo cannale prędictum in dolium eo mõ, vt non ſit poſſibile ipſum facile amoueri: & vas ipſum vndiq; obturetur meliori via qua poteris. Et cum omnia fuerint bene obturata & clauſa, pone tres aut quattuor calamos ſtramineos circa ipſum cannale, ꝙa ſi non ita faceres: totum vinum a dolio ſecederet & emanaret, & ſuper cannale imponatur alemb. & oia cũ lintheo optime circũ voluant. poſtea cũ luto ſapientię lutentur, & de alia parte vaſis pones receptaculum & ſinas ita ſtare, donec vinum ſit defecatum & depuratum: & omnes ſpiritus in receptaculum tranſibunt: & hoc ſit abſq; vllo nocumento vini.

aliusmodus extrahẽdi quintã eſſentiã, Quinta eſſentia, muſti.

Forma autem vaſis eſt hæc.



Poſtq; vero omnes ſpiritus fuerit collecti, mittantur in diſtillatorium ſiue in circulatorium Hermetis. Cuius figura eſt hæc.



pelicanum,

Melius

Melius tamen foret, ꝙ dolium sepeliretur in vinaceis, sed oportet cannale esse ita longum, vt extra fimum appareat, super quo ponatur alembicus cum receptaculo, nullo modo vinaceam attingẽte. Et cum ita vna vel alia via spiritus colligeris in receptaculo, ponantur in pellicanum, & distillentur circulatorie, omni modo & via vt supra.

De modo extrahendi quintam essentiam a quattuor elementis ad resoluẽdum in ea Solem pro auro potabili. Cap. ix.

Dictum est superius satis, quid sit ipsa quinta essentia, et cuius sit operationis, et quomodo extrahatur a materia sua, & modus extrahendi æque pro pauperibus acdiuitibus, & cũ qua non solum vires auri, argenti, æris, & aliorum metallorũ, sed etiam lapidum pretiosorum & herbarum elici solent, dum in eam immergantur. Sed tamen non ignoro, quamplures studiosos vltra ꝓgredi desiderare. Cogor itaq; referre, quod ex frequentiori lectione & auditione, experientiaq; (quæ rerum est magistra) consecutus sum, scilicet modum extrahendi quintam essentiam ex vino, in qua quidem aurum, argẽtum, margaritæ, et lapides pretiosi, aliaq; metalla dissolui possunt, ad faciẽdum aurum potabile, qd tamen magis congruit artistis, qui Alchimiæ rudulos scrutantur, cũ medicis. Et licet multi sint veterum scriptores, qui docent modum extrahendi quintam essentiam vini per separationem quattuor elementorum, ita ꝙ in vnam redigantur substantiam et esse q̃d quidem ita subtilitatum, et tanc̃ ab humoribus & omni superfluitate quattuor elementorum extractum, dici potest quinta essentia: ad resolutionẽ Solis. Per hanc ergo non solum poterimus ipsum resoluere sed etiam oẽs eius vires extrahere, ita ꝙ possit ingredi aurum potabile. Sed certe quicunq; pœnitus materiam perspexerit: potius alchimiæ cũ medicinę conuenire iudicabit. Verum non nego: veteres cũ plurimos inuenisse modus huius modi: ad dissoluendum Solem: magis tamen aptaueruntad alchimiam cũ ad medicinam. Hac ergo arte multi sunt decepti: putantes fieri aurum ex tali quinta essentia. Et cũ cũ in multis sit constans, & habeat pondus: nitorem: & clangorem auri, tamen nostro tempore id vera probatione falsum esse dijudicatur: quũ in tenuissimas lamina s minutim malleet, & in aqua forti cum alijs mætallis resolutum fuerit, vel etiam per anthimonium (q̃d vltimum auri est supplicium) probet, vndefictus & peregrinus color ad vnguem dignoscitur. Ideoq; Arnoldus de villa noua ait. Vinum in quo lamina auri qua drageties aut quinquageties extincta fuerit, apud quosdam loco auri potabilis habetur. Vnde etiam Ioannes de Rupescissa ait: ꝙ melius fieret id vinum extinctionis laminarum auri, si ipsum aurum

fuiſſet calcinatum, & in pulueren ſubtiliſſimum redactum, vel qđ lamínetur tenuiſſime, & poſtea in parua fruſtra ſcindatur, quia ex ipſo facilíus virtus extraheretur, ſi ſit ita minutim ſciſſum, cꝫ ſi ſit laminatum. Sit tamen aurum naturale in mineris terrę repertum, non qđ humana ſubtílitate & induſtria ſit factum. Hoc enim virtutem nullam habet, ad cõſeruandum vitam humanam, ſed magis eſt deceptio & obfuſcatio oculorũ. Quis enim alchimiſtarum audeat ſe iactare, aurum vnꝯ abſcꝫ materia venenoſa (quę eſt mercurius) compoſuiſſe. Et ideo reuera hoc alchimiſtarũ aurum, licet colorem veri auri habeat, formam etiam ac clangorem expondus, tamen non habet virtutem ſicut aurum minerale. Talis ergo eſſentia vini poteſt ab ipſo vino optime extrahi, ſecundum opinionem & doctrinam veterum. Quorum ego viam (omiſſis alíjs verborum ambagibus) enarrabo. Accipe aurum, & mallea ſubtiliſſime, ad reſoluendum in formã potabilem coloris auri. Quo per ſe, aut etiam alíjs medicinis appoſitis, poterimus vti, vt infra docebitur. Quam cꝫ etiam ſit alia via reperta ad reſoluendum aurum cum aqua forti, aut cum aceto diſtillato, aut per vrinam humanam diſtillatã, de quibus loqui non conuenit in loco medicine, quũ magis ſint corroſiua nature cꝫ ſalubria. Et quamcꝫ poſſit huic materię accurę aliquid adimi, vt quidam volunt, tamen non eſt ſecurum, & non bene credibile. Et ſi fieri poſſet: nullem tamen eo vti. Philoſophi enim noſtri dicunt, inter duo dubia certius eſſe eligendum, & incertius fugiendum. Eam ob cauſam monſtrabimus faciliorem & ſubtiliorem viam ſeparandi quintam eſſentiam a quattuor elementis: & in vnum eſſe digerendi, per acuitatem quę in ipſa eſt mixta, cum ſubtilitate, p quam aurũ & argentũ & alia metalla poſſunt reſolui. Et tã extrahendi virtutem ex ipſa, vt in formam potabilẽ, aquę ſimilem reduci poſſit: p quam acuitatem ipſa metalla reſoluuntur, & per nihil aliud: dum quattuor elementa nondum ſint ſeparata, & terra ipſa calcinata, ſiue per auduſtionem facta & verſa in ſalem: calcẽ: vel cinerẽ: in forma cuiuſdam lapidis. dicti ab aliquibus antiquorũ Lapis philoſophorum. Et vię ſunt duę. De cõmuniori aliquid factum, cũ diſcretione extrahitur de vino ſupra dicto: in quo eſt magnus labor. Taceo (ſicut prius docui) ipſam ſubtilem ſubſtãtiam tanꝯ animam: a groſſo hoc eſt ab ipſo corpore ſegregatam, per ſuam ſubtilitatem rem aliquã ſubtilem ſubtiliorem poſſe facere & penetrare, per quod vires & efficacia eius mirum immodũ multiplicatur. In tali ergo eſſentia poteſt extrahi virtus cuiuſlibet rei: ſicut Solis, Lunę, & aliorum metallorum: margaritarum, lapidum precioſorũ, herbarũ & cetera id genus alia, ſed nõ poteſt diſſolui aurum. Alia aũt via eſt: cꝫ ſeparando ab ipſa quin. eſſen. aerẽ, ignẽ aquam, & terram: poſtea apponendo p calcinatiõem terrę alíjs qualitatibus, & in vnum ſublimando: per crebram diſtillationem circularem, & digeſtionẽ

Nota.

Extractio quin. essen. ad resoluendum aurum pro tincturis.

potest dissolui aurum. Modum aũt faciendi talem essentiam, duplici via intelliges. Primo q̃ & qua via separanda sint quattuor elementa, & quõ iterum possint in vnum corpus redigi. Et hoc modo secundum quosdam lapis philosophicus videtur compositus: & per eius latentem & occultam vim omnia mineralia metalla possunt resolui, ad tingendum, colorandũ, & coagulandum Solem & Lunam, & alia. Secundo quomodo sit separanda terra, extracta quinta essentia: per quam virtus terrę elicitur, & per quã etiam potest resolui aurum vel argentum & alia metalla, & possunt redigi in formam & substantialem potum humanę vitę conseruatiuum & restauratiuum.

Quõ fiat quinta essentia ad resoluendum Solem pro tincturis. Cap. x.

RECIPE ergo de vino rubeo meliori quod inuenire poteris, & q̃d nullo modo sit sophisticatum, vt supra diximus, & distilletur per tres vices in furno tali, hęc autẽ fornax ab aliq; b⁹ appellat̃ Balneũ Mariæ. Est tamẽ differens ab eo de q̃ supra dictum est. Quare suprema pars id ẽ alẽbicus q̃ recipit spiritus, & ipsos reddit, debet stare in aq̃ tepida: & debet per ipsam aquam regi, ita vt vinum distillandum eo minus aliquam complexio-



Hoc tangit secretum, tan in lapide quam in corporibus humanis, & etiam in extractione, s. ff. ad aurum dissoluẽdum, in forma aquę.

¶ Modus aque uite faciendi ad extrahendũ. 4. or. elemẽta.

plexionem igneam amplectatur, quæ per multas & varias diſtillationes difficillime abſtraheretur: & magis per conſequens eſt nociuum q̄ profi-cuum humane nature. Sic vt aperte videre poteris ipſum cannale diſtilla-torij, in quo eſt vinum, tranſgredi & tranſire per ipſam aquam tepidam Sed aliud balneū marię, de quo ſupra eſt dictum, habet infimum fornacis partem ſicut caldare: in quo debent poni omnia vaſa et inſtrumenta diſti-latoria cum aqua, et ſuperior pars, quę eſt alem. in nulla aqua debet ſtare, ſed proprie ipſa cucur. in qua eſt vinū. quod debet diſtillari & hoc eſt bal-neum marię. Et quandocunq; in primo balneo caldaris aliquid eſt diſtil-landum, adhibenda eſt opera, vt habeantur diſci ſiue circuli plumbei mag-ni & parui: ſuper quibus ipſa vitra debent ligari, ne ex calefactione aquę balnei hinc inde agitentur & rumpantur. Forma hæc eſt.



Et nota, q̄ in tali balneo calda-re debet eſſe immuratū: & in la-tere fornacis habeat longū can-nale de cupro vel ferro, in q̄d in-ij ciantur carbones, qui debent eſſe ſubtus caldare igneſcentes, vel q̄ calor ipſe carbonū reuer-beret contra caldare, quia in ip-ſo cānali non poſſunt aduri ea ex cauſa, q̄ multa ſunt forami-na in fornace, et etiam propter dauſionem cannalis. Item alē-bicus qui in aqua ſtat, debet eſſe de cupro & ab intus ſit ſtannatus. Et ſu-perius & inferius vaſa inſimul cemententur, & in exteriore parte, vbi ſūt iunctureę, cum ſtanno lutentur optime: ne aliq̄d aquę poſſit ab hac abire. Quum vero aqua fuerit calefacta, aperiatur pullus ſiue lixale inferius, & emittatur aqua calida: imponendo de nouo aquam frigidam, quia ex hoc aqua vitæ melioratur in diſtillatione: & eo minus calidam & igneam na-turam ad ſe attrahit. Inſtrumentū vero vel vas in quo aqua continetur, debet eſſe de cupro vel auricalco: & ſit latū in modū vnius palmæ, vel pau-lo plus: & in medio habeat foramen, & circuitus q̄ eſt ab extra: ſit latus & ſpiſſus duobus digitis, & ponatur ſuper ipſum caldare q̄d eſt in fornace: & foramen caldaris non ſit maius ipſo foramine, q̄d in diſtillatorio eſt, & oīa bene lutentur cū luto ſapientię, vel cum luto immixtis lanis, quæ a ton-ſoribus pānī reſciunt. Quū ergo vinū tuū ita in caldare im poſueris, oīa lutata & cementata in loco ſuo permaneant, donec tantum de vino diſtil-laueris, quantum tibi ſuffecerit vel libuerit: quia ſi tolleres aliqua, maiorē haberes ponā reſtruendi, ſi forſan nō ſatis vini haberes: & ideo in caldare

nota,

ad reſoluendum aurum pro tincturis.

inferiore eſt lixale: per quod debet emitti aqua, quum vinum fuerit diſtillatum. Et quum nō fuerit plus efficacię in ipſo vino: aliud debet inponi a parte ſuprema, vbi eſt paruum foramen, in quod immittatur colatoriū, per quod implebitur diſtillatoriū. Deinde optime clauda ſ, vt nullus vapor poſſit exhalare, & dau datur inſtrumento ſtanneo.



Et lutetur cum luto facto ex crinibus. Et scias, q̄ paucæ tales fornaces reperiuntur apud artistas nostros. Quum ergo omne vinum tuum distillaueris, reseruandum est flegma: quia infra de eo dicetur. ipsum vero vinū ita distillatum, iterum ponatur in balneo, de quo in principio diximus, vt fiat in furno accidioso per arenam. Cuius forma hic est depicta.

Si autē non velis ponere in furno accidię, ponatur in balneo, vbi sint multa vasa distilatoria simul, & quodlibet sit positum in circulo suo. Omnes vero circuli in vno annulo siue tripode complectantur. Et balneum sit ita factum: q̄ fornax fiat in inferiore parte alicuius domus, & sit lata: sicut sextarium: vel sicut tres quartæ vlnius vlnæ: & fiat ex cupro cooperculū. Locus vero vbi carbones debent inijci, sit factus ex lateribus muralibus: vndiquaq̄ optime lutando in spissitudine duorum vel trium digitorum. Et cooperculum sit ita factum, vt cum clausum sit: calor ipse: q̄ ad id. alcē dit, possit iterum regredi vsq̄ ad pedem fornacis: & optime claudatur vbi q̄: vt calorem conceptum non possit facile amittere. Hoc ergo cannale sit supra fornacem, & infra cannale sit craticula per palmam vnam, ita vt cineres possint dilabi in fundū. Fornax vero debet esse quadrata, & in quoli bet quattuor angulorum habeat foramen siue spiraculum: p̄ quod fumus possit exire. Et ipsum cannale habeat fenestram distantem ab ipsa fornace per vnam palmam: per quam fenestram carbones debent inijci: & semper optime claudatur cum aliquo instrumento, ad hoc facto: quod debet esse ita spissum, sicut est ipsum cannale. Ignis vero semper moderetur et temperetur per ipsa quattuor foramina angularia, cum aliquibus registris obstruſorijs ad hoc aptis & idoneis, & ita calor per cannale transibit vsq̄ ad cooperculum cupreum, & nemo sciet vnde ille ignis possit venire. Et fiat vas ligneum in magnitudine & circumferentia rotę currus, vt ipsum cooperculum cupreum penitus circundet. In quo vase debet imponi aqua, ita vt ipsum cooperculū totum stet in vase aqua pleno vsq̄ ad mediam partē vasis. Vas autem sit altum quattuor aut quinq̄ cubitis, & per duos cubitos a fundo vasis fiat cooperculum ligneum, cum multis foraminibus: ita q̄ cucurbita quęlibet in quodlibet possit intrare foramen. Et super quamlibet cucurbitam ponatur alembicus, & infra quemlibet alembicum receptaculum super cooperculo vasis maioris: & optime omnia cemententur & lutentur, scilicet super ipsum vas cooperculū, super ipsa foramina cooperculi cucurbita, super cucurbitas alembici, & receptacula circa ipsa, & sic habebis calorem ad hoc opus sufficientem, & ignem secretum.

Forma fornacis est hæc.

l. fece.

pone vasa plena aqua Vitr. extracte sicut S. tradunt.

Fornacis & balnei formæ.



Quū vero ſcire volueris, quando oēs ſpiritus ab ipſo vino ſint diſtillati & ſegregati, inſpice alembicum, & quando videris in ipſo guttas quoſdā diſtillātis, tunc certiſſimū ſignum eſt, nihil amplius de ſpiritibus reſtare: & tunc ipſa aq̄ in alemb. aſcendit. Amoue ergo receptaculū, & flegma quod eſt in ipſa cucurb. ponatur ſeorſum, & cuſtodiatur, & imple iterum cucurbitā aqua vitę, ſuperimponendo alēbicum: & bene obturetur cū cera tali: vt infra docebitur ita vt nullus ſpiritus poſſit exhalare: & diſtilletur per cineres in furno accidię. Sed eſſet melius, ſi diſtillaretur in balneo mariæ. Quū aūt volueris cognoſcere, quando oēs ſpiritus a vino ſeceſſerint, ſemper p priora indicia tibi patebit: aut poteris etiā ex ipſo alembico capere de aqua vitę, guſtando ſi quippiā aquoſitatis remanſerit, & hoc eſt certi⁹ certo. Quando itaq̄ ſecundum noſtrā doctrinā hoc in balneo marię vel in furno accidię ita diſtillaueris, cape ipſum flegma, quod in ipſis diſtillatoriis remanſit, & diſtilletur octo aut nouē vicibus, omni vice flegma remanens cū priori cōiungendo: & hoc fiat toties: quouſq̄ ipſa aqua vitæ in igneam ſubſtantiam cōuertatur: ita q̄ ſi ex ipſa made fiat pannus: & accenſus fuerit, q̄ ſtatim cum ipſa aqua cōburatur. Si etiam vnā ſolam guttam olei oliuarum immiſeris: ſtatim in fundū mergetur, & nunq̄ vlterius aſcēdet, quantūuis ipſum vas moueatur & cōcutiatur, & ita habes quintā eſſentiam ipſius vini, a quattuor elementis ſeparatam. Et nota p̄cipue, q̄ oēs rimæ circa & circum alembicum & alia vaſa quamq̄ bene obturatæ ſint cum terra virginea, hoc eſt argilla, non tamen debes ceſſare inuoluere cum tribus vel quattuor pannis lintheis, ga quanto melius clauduntur, tanto minus ſpiritus euaporant. Nota etiam, q̄ cū primum ipſa aqua vitę imponitur, de decem cantaris non diſtillabis niſi vnum vel alterum ſemis, & omne reſiduum quod in caldari p̄manet, nullius eſt valoris: & nullam penitus habet virtutem, & dicitur ipſum flegma hoc eſt ipſa aqua: ex qua componitur aer, ignis, & terra. Ita diſtillabis cantaros ſexaginta: & ex prima diſtillatione vix habebis ſeptem cantaros. In ſecunda vero vix q̄nq̄. In tertia vix duos vel tres, & ita quanto plus diſtillaueris, tanto minus habebis, & q̄ in vltimo erit diſtillatum, id erit puriſſimum, ſubtiliſſimū & optimum ad aurum potabile componendum, in qua etiam poteris ſoluere Solem. Quum vero per tres vices ipſum diſtillaueris, erit ſubtiliſſimum. Et ideo niſi bene præcaueris, omnis virtus ipſius facile exhalabit. Cape ergo colatorium, quum volueris mittere de vno vaſe in aliud, & imponatur in vas cui immittis vinum: & circum quaq̄ obturetur cum cera tali, vt docebitur hic infra, & aliud vas ſuperimponendo: ita q̄ collum penitus in colatorium p̄cipitetur. Et pari modo vndiq̄ lutabis collum colatorij. Et hoc facto, ſinas vinum aliud vas de ſuo fluere, & minus exhalabit virtus. Sit autem colatorium in longitudine vnius palmi.

Modus faciendi ceram ad lutandum.

Modus vero faciendi ceram ad lutandum, eſt talis. Recipe reſinę pini libras duas: fundantur in vaſe terreo, ab intus bene vitreato. Poſtq̃ aũt ita erit: habeas alium cucabum, vel vrceum terreum, in quo ſit aqua limpida: & ſuper vrceo imponatur de ſtramine. Poſtea funde ſup hoc ſtramen ipſam reſinam in alium vrceũ, & omnis im⸗ puritas eius reſidebit in ſtramine. Si vero videris ipſam non ſatis eſſe depuratam, recipias cerę virgineę libram ſe mis, olei oliuarum duo auttria cochlearia: vel ſi non haberes oleũ: ſume tan tum de butyro, fundantur omnia ſimul. Poſtea agitetur cum ſpatula, do⸗ nec frigeſcat, poſtea manu operaberis, & ipſam omnino parabis. Et cum hac cera debent lutari omnia vaſa & diſtillatoria, in quibus aliquis volu⸗ erit conſeruare aquam vitæ. Vaſa vero ſint optime adequata & polita.

Nota.

Poſtea ſuperimponantur vitrum tenue quaſi operculum, & denuo lutẽ cum cera ſupradicta. Nota etiam, q̃ quum tale vinum fuerit duabus aut tribus vicibus diſtillatum, poteris accipere ſpongiam ſubtilẽ, quæ debet ſcindi in fruſta, ita magna, q̃ ab omni parte poſſint attingere cucurbitam in parte ſuperiori, & debet alligari predicta ſpongia cum tribus vel qua⸗ tuor funiculis extra eminentibus, quando ſuperimpoſueris alembicum, ita q̃ ſpongia non poſſit in fundum diſtillatorij cadere, & intingatur in oleum oliuæ, & parum iterum exprimatur, ne forte ipſum oleum in cucur bitam incideret, & cum ipſa materia diſtillanda miſceretur, & alembico ſu perimpoſito claudatur cum cera præfata, & ipſi ſpiritus optime per hanc



ſpongiam diſtillabuntur & ip ſum flegma per hoc non tran⸗ ſibit cauſa olei. Et hoc mõ plus in vna diſtillatione operaberis q̃ in tribus alijs. Alembicus ta men ſit fact⁹ abiq̃ duplici mar gine, ſicut fiũt alembici cera: ex⸗ cepto ſaltem q̃ non habent ro⸗ ſtra, ſicut illi. Cuius forma eſt hæc.

Poteris etiã facere quattuor ca pellas ſiue lectilia, ita vt in quo libet ſtet vna cucurbita, in qua materia diſtillanda ponatur, ſ. vinum ip ſum ita diſtillatum: vt ſupra dictũ eſt, & ita breuius & facilius ad optatũ effectũ poteris puenire. Cãnale vero q̃d in medio eſt, nõ ſit altius q̃ eſt ip ſa fornax: & poteſt fieri ipſum cãnale quadratũ, de lateribus nõ coctis. Et intra quemlibet angulũ fiat feneſtra, in latitudine & lõgitudine quattuor vel quinq̃ digitorũ. Et ſint feneſtrę factæ cũ margine: ita q̃ deorſũ poſſint

mitti

mitti quędam instrumenta ferrea siue registra, ad temperandum ignem. Oportet autē vt talia registra sint ita grandia, vt totus margo fenestrę ex ipsis impleatur, per quam calor possit exire. Hoc autem instrumentū ferreum habet palum, multa foramina habentem, quæ sint segregata vnum ab alio, per spacium digiti obliqui vel transuersi, ita ꝙ si magnū & ingentem volueris habere calorē ipsum ferrum suspendatur altius, & in foramine inferiori ponatur restaculum. Si vero desideres ad opus exiguum calorē, ferrum suspensum demittatur ab alto, quantum volueris. Forma aūt dictorum registrorum est hæc. Subtus autem cannale sit craticula, supquā carbones ponantur, Cuius forma est hęc





Poteris etiam habere registra facta, quę habeant tria vel quattuor foramina, vl' plura, ita ꝙ altius sit minimum, & inferius sit maximum. Et quanto magis leuabis registra, tanto magis habebis de calore, & sic poteris facere ignem paruum vel magnum, ad libitum tuum.

Hęc fornax est facta ob duas causas. Prima, quia in ipso poteris facere paruum vel magnum ignem, ad distillandum fortiter vel leniter, sicut placuerit. Secunda, quia cum semel fuerit calefacta, non facile in frigescit: & ideo non multi carbones perduntur. Et nota, ꝙ ipsa distillatoria non debent extrahi vel imponi, nisi prius fuerint infrigidata, & hoc poteris facere aliquod registrorum in fundum mittendo, & nihilominus alia habebunt operationem suam. Et quando iterum im posueris vas plenum aqua vitæ, ignem ad placitum tuum reges: donec sufficientiam materię habueris. Quattuor autem elementa debent ita separati. Accipiantur omnes aquæ prædictæ: simul congestæ, & ponantur in caldare primę fornacis

vel

nota. separatio 4or elementorum

Forma fornacis, ad separandum quattuor elementa.



vel in magnam cucurbitam, Si autem non posses habere magnam cucurbitam, ponatur in plures paruas, & distilletur in vna ex prędictis fornacibus, & ab ipsa extrahatur flegma vsq; quo nihil vltra exeat, lento quidem igne, sicut si esset in balneo marię. Et quum fuerit ita distillatum vsq; ad finem, amoueatur receptaculum, & inuenies illic flegma. Et in ipsa cucurbita vel caldari remanet materia nigerrima, sicut est pix liquida. Aliqui vero breuitatem inquirentes, imponũt in vas vel capsiam ferream super lentum ignem carbonũ, donec illa nigra substantia appareat sicut pix tenuis: & hęc ponatur in cucurbitam. Postea ponatur de alio flegmate in capsia: & fiat sicut de prima, & iterum materia nigra ponatur cum alia. Et hoc facies toties, donec nullum flegma remaneat. Et iterum materia nigra ponat̃ in cucurbitã, et ponatur in arenam, & extrahe superfluã humiditatẽ ab ipsa: & postea infunde quintã essentiã, q̃ prius ab ipso abstraxisti, in spissitudine quatuor aut quinq; digitorũ, & benemisceant̃ in simul & ponatur in balneo marię, ad digerendũ. Postea distilletur per alembicũ Et cum ita aq̃ fuerit distillata, fundatur iterũ sup feces: & iterũ distillet̃, & iterum

& ab ipsa. s. aqua. extrahat̃ flegma, extrahat̃ feces. / pma aquaque distilaueris dicit̃ flegma. de aqua pma ab his fecib9 destilata,

& hoc totum intelligit̃ sic. sup feces infunde de aqua pma (retificata in tr. vl. 4or uicib9.) quam prius ab ipso abstraxisti, & reitera distilatioẽ. usq; ad septimam. semp sup feces reiterando aquam. Vt. fortificetur. / & hoc q in septima destilat̃ sanguis humanus. apellat̃

iterum digeratur atq; distilletur. Et quanto sepius hoc feceris, tanto melius erit. Et hoc quod in septima distillatione est distillatū: appellatur sanguis humanus quem alchimistæ maxime inquirunt: & est ipse aer. Et ita habes duo elementa in virtute quintę essentiæ exaltata, quæ sunt aer & aqua. Postea cape materiam nigram, de qua supra dictum est, quę in distillatorio remansit, & distilletur in arena per alēbicū: & ab ipsa separa oleum suum, qui est ignis. Et quando nil in ea remanebit, seruabis hoc oleū segregatim: & in fundo cucurbitæ inuenies materiam nigram: siccā quæ est ipsa terra. Ex qua potest fieri fermentatio: ad vniendam & acuendam quintam essentiam. Et in ea quinta essentia potest resolui aurum, & omnia alia metalla. Et quando videris in alembico guttas distillantes, sicut est clarum oleum, tunc remoueatur receptaculum, & maius anteponatur (sicut si velis facere aquam fortem) causa spirituum, qui in ipsum intrant. & non fiat ignis magnus, per horas viginti quattuor: qa illa nigra materia ascenderet in alembicum: & de ipso transiret in receptaculum. Vltimo aūt quum nihil plus de oleo apparebit, ignis magis est augmentādus, donec guttæ omnes ex alēbico receserint: & in fundo remanebit materia nigra, sicca, & combusta, olens sicut aliqua alia materia cōbusta. Postea habeas flegma, sicut prius est dictum, & ponas in capsiam, vt iam sepius est narratum. Et cum per crebras ebulitiones fuerit consumptum, recipe de illa aqua, quæ remanet post distillationem aquæ vitæ, dum est depurata, ita q̄ habeas vnam libram secum, & quattuor libras aquę predictę, & misceantur bene insimul, & ponantur in vrceum vitreatum de terra, & quū feces per quietem in fundum secesserint, coletur: & super feces iterum super imponantur quattuor libræ de aqua prædicta. Et hoc fac toties, vt omnis fetor ex illa materia nigra recedat. Et nisi hoc ita feceris, oleum & operam perdes. Quia nisi ita super infuderis quintam essentiam, & rursus ab ea distillaueris, sicut supra dictum est: nihil omnino valebit. Terram autem nigram siclotam & purificatam desiccabis, & fac puluerem subtilissimum & immisce cum duobus elementis prædictis rectificatis, scilicet aqua aerea, quæ prius sanguinem humanum appellauimus: & ponatur in balneum mariæ per tres dies, & etiam tres noctes, vel paulo plus. Postea iterum distilletur: & aqua quæ venit ex hac distillatione, dicitur aqua ignea rectificata. Et ita habes tria elementa exaltata in virtute quintæ essentiæ. Post hoc cape illam materiam nigram, & redigatur, comburendo in furno reuerberationis vel calcinationis in cinerem, habentem albedinem calcis. Non tamen semper fit ita alba, quia aliquando retinet de rubedine, sicut est rubedo ipsius combustionis. Sed ignis in furno reuerberationis aliquādo nō est satis validus. Ideoq; ad vitādum magnum laborem, & multas expēsas, pones hāc materiā in ollā nouā terreā, & cooperiat coopeculo, & lutet

& lutetur optime luto ſapientiæ, vel luto facto ex lanis, quas tonſores panni abijciunt, & ponatur in fornace calcis optime calefacta: & ipſam in tali fumo calcinabis per tantum ſpacij, in quo poſſit aduri calx. Et hoc cum muniter fit in Germania ab aliquibus: in ſpacio duodecim vel quattuor decim, duorum, continue faciendo ignem, ſicut fit, ad faciendam calcem.

Poſt hoc, quando ex fornace calcis fuerit exēpta, eo melius poteris ipſam calcinare in furno reuerberationis. Et ſi prius feciſſes anteq̄ in fornacē calcis conſtituiſſes: longo tempore nō potuiſſet calcinari. Si vero prima vicen̄ erit ſatis vſta in fornace calcis, iterum imponatur in eandem. Et quum fuerit ſatis vſta, miſce cum ea aquam igneam, de qua locuti ſum⁹: & ſinas ſtare per tres dies, & totidem noctes in balneo marię. Poſtea iterum diſtilletur. Et hoc fiat ſepties, & toties calcinetur in furno reuerberationis. Quūq; ita ſepties diſtillata, & toties recalcinata fuerit (Quod ex eo poteris cōſiderare: quando acceperis de hac terra, & poſueris ad aerem, & feceris ſiccari, & poſtea ſuperinfuderis tres aut quattuor guttas aquæ predictę, ſi non reſoluatur) tunc habes certiſſimum indicium, ipſam ſatis eſſe preparatam. Si vero ſoluitur, iterum debet calcinari, & reuerberari, & diſſolui in balneo marię ſicut dictum eſt. Et hoc

.i. elementum ignis.

hoc fiat toties: donec terra non vltra ſoluatur, & tunc erit vere prꝑata, & appellatur aqua vitæ, propter quod ab ea, & ꝑ ipſam reſoluitur & ſubtiliatur aurum. Sed veriſſime hic eſt ille lapis, & non ſal (vt dicunt quidã) qui dicitur lapis philoſophicus rectificatus, & ipſa quinta eſſentia ab ſuis elementis quattuor ſeparata, in qua latet ſpiritus ſeparatus a ſpiritu, hoc eſt a flegmate ſuo, quę eſt ipſa aqua: & ab oleo ſuo, quod eſt aer, & ab aq̃ ignea, quæ propriè eſt ipſa aqua, & ab ſuis fecibus aduſtis, q̃ eſt elementum terreum. Et illa eſſentia ita reuerberata, calcinata, reſoluta q̃, & iterũ recalcinata, in forma ſupradicta, conuertitur in lapidem: cum quo fixant̃ omnes ſpiritus, quia ſupremam habet virtutem ſpiritualitatis, & infimã virtutem corporalitatis. Et ideo dicit Hermes. Supremum eſt, q̃ eſt inferius, & inferius eſt quod eſt ſupremum. Et eſt vnica eſſentia ad perficiendũ Solem: & alia quęcunq̃ metalla reſoluẽda: propterea q̃ ſemper vim & virtutem ſuam obſeruat, & habet omnem ſubſtantiam quattuor qualitatũ ſeu elementorum in vnam complexam eſſentiam: in quo ſecreta ſecretorũ naturæ ſunt contenta. Et ideo dicit philoſophus. Lapis de terra ſicut de quattuor corruptibilibus qualitatibus, ad cœlum, q̃ eſt incorruptibile, aſcendit, idemq̃ de cœlo iterum in terram deſcendit. Quod ſignificauit ꝑ verba prędicta, quũ aiebat, Supremum eſt, q̃ eſt inferius, & inferius eſt, quod eſt ſupremum: ita q̃ habet virtutem quintæ eſſentiæ, ad fixandum metalla ipſa, quæ ex terra oriuntur. Eſt enim lapis elexir, & eſt ſicut cryſtallus, qui perfectiſſimè tenet de Mercurio, matre omnium metallorum. Et quum ipſa quinta eſſentia cum lapide prędicto admiſcetur, & adiungantur folia auri, reſoluũtur per copioſam penetrationem: quæ eſt in ipſo lapide, & ſubtilitas ſuperflua, quę in ipſa quinta eſſentia latet occulta, in aurum potabile conuertitur.

De modo extrahendi quintam eſſentiam, in qua poteſt reſolui aurum, ad faciendum aurum potabile. Cap. xi.

PRomiſimus ſupra duplicem viam nos demonſtraturos quomodo ſint ſeparanda quattuor elementa & in vnã formam redigenda, ad reſoluendum Solem, lunam: & omnia alia metalla. De qua via ſatis ſuperq̃ iam ſuperius eſt elucidatum. Nunc vero ad ſecundam viam eſt procedendum, quomodo ſcilicet terra ſeparanda ſit extracta ipſa quinta eſſentia, per quam omnia metalla poſſunt reſolui: & in ſubſtantiam aquę potabilis redigi. Dicũt enim omnes philoſophi vna nimiter, q̃ poteſt fieri aqua vitæ, ad ſuſtentandam naturã humanam: & ad euitandam omnem egritudinem. Facitaq̃ aquam vitæ

claram rectificatam: ita vt ardeat accensa, vt supra diximus. Et nullo modo fac sanguinem humanum: quia si aliquæ herbę vel aliud quiddam materialium in ipsam fuerit immissum: ex superfluitate, quę in ipso est, pdent vires suas, & omnem bonum saporem & odorem amittēt, esset etiam horrendum vsui humano. Nec etiam fiat aqua ignea: quia talem calorem & acuitatem in se contineret: ꝙ omnia materialia (exceptis metallis) talem calorem superfluum & igneum ad se traheret: ita ꝙ quū putares facere aquā vitę, potius aquā mortis faceres. Ex quo autem omnis virtus & perfectio est in ipsa terra, redacta in lapidem, vt supra copiose declarauimus: ergo hanc terram huic nostrę aquę præsenti tribuimus, non faciētes vel sanguinem humanum: vel aquam igneam, & tunc appellatur vera quinta essentia, siue aqua vitę, & non aqua mortis. Et quāto sepius distillatur per terram, tanto fit efficacior & melior. Et notandum est, ꝙ parum de hac terra: summam habet virtutem in illo opere. Sicut enim parum fermenti magnam & copiosam pastam ad coquendum panem facit, sic etiam minima huius terrę pars maximas erigit perfectiones & virtutes humano corpori aptas. Et ideo est cauendum ab his, qui faciunt terram extartaro, aut qui comburunt vinaceam in cinerem: aut qui accipiunt calcem pulueri satam vel cinerem vitium: & salicum, & dicūt hanc esse terram, de qua est nostra locutio: quod plane est a veritate extraneum, quum dicat Geber esse lapidem & medicinam incompatibilem mixtionis rerum extranearū. Quando ergo ita feceris aquam vitæ, rectificatam tribus aut quattuor vicibus, ita vt nullum indicium humiditatis remaneat in loco vbi aduritˉ, ipsa terra a flegmate suo breuiori via qua fieri potest separatur, ipsumq; flegma ponatur in caldare, & coquatur vsq; ad spissitudinem mellis dissoluti super ignem. Postea tolle ab igne, & sine frigescere vsq; in diem sequentem, & videbis paruos lapillos in fundo vasis, sicut si esset salnitrum fusum. Coletur ab ipsis desuper existens aqua & oleum, & fundatur alia aqua super illam terram siue lapillos: misce insimul. Postea iterum sinas residere vt superius. Et quum colaueris aquam, ponas ad priorem, & sinas bullire sicut prius. Postea infrigidetur per duos dies, vt supra, & inuenies lapillos albos, sicut supra. Et hoc toties facies, donec nullus lapillus in fūdo vasis appareat. Post hoc omnes lapilli congesti exiccētur optime: & ponatur in testam terream, aut in tigillum aurifabri: & ponantur ad calcinandum donec ad albedinem niuis sit deducta in fumo calcinationis vel reuerberationis. Cuius figura est hæc.

nota.

nota.

Caueetiam, ne a nimio calore fundantur, quia oleum & operam perderes licet sint aliqui, qui dicant, ꝙ debent poni in fornacem calcis, vel in vitrearium, & ꝙ ibi debeat permanere, viginti & vno diebus, sed certissime illa

terra



terra fiueret ex nimio calore: hic magis Alchimiæ q̄ medicinæ conueniret. Et ideo dicunt: ꝙ cū tali terra pot est aliqs absq; dubio resoluere Solē. Sed sufficit, ꝙ calcinetur in ipso furno reuerberationis: q̄ usq; ducatur vsq; ad albedinem niuis vel salis. Quūq; ita fuerit calcinata, superinfundatur de aqua vitę ita rectificata vt sepius dictum est, & distilletur per septem vices, sicut iā est monstratum. Et in hac aqua poteris soluere folia auri, quia ipsorum vim ad se trahit. Et hinc fit aurum potabile mirabilis operationis, ad sustentandam vitam humanam, ita ꝙ per ipsum omnes corporis morbi & egritudines tolluntur cum hoc vsi fuerimus. Et ideo dicitur, ꝙ facit hominem iterum reuiuiscere.

rectificando aqua sup lapilos,

Quomodo extrahenda sit quinta essentia a melle: quę intrat aurum potabile. Cap. xij.

NVnc procedendum est ad ipsam quintā essentiam mellis, quomodo debeat extrahi. Quum ergo ipsam extrahere volueris, habeas bonum qantitatem boni & optimi mellis, a quo fau⁹ non sit adhuc separatus, sicut est, quando de alueari eximitur: Exprime mel a fauis absq; igne: faciendo tres aut quatuor saccos ex panno colatorio, in longitudinem duorum cubitorum. Largitudo vero debet esse inquantum pannus se extendit. Hoc expleto, impone mel cum fauo in prædictos saccos, & diebus æstiuis ponantur & suspendant̄ ad solem. Et sub quolibet facco ponas vas mundum, ad recipiendum mel distillans a faccis. Et si forsitan fuisset diebus hiemalibus, calefiat balneale vaporarium, sicut in Germania aqud locupletes habentur, & saccus pendatur ad parietem, vt ex calore balnei mel fundatur. Et quum omne mel

fuerit liquæfactum, imponatur aliud in ſaccum, & fiat ſicut de primo. Et etiam hoc toties facies, donec habeas quantitatem ſufficientem: Et de fecibus facias fieri ceram, ſicut moris eſt. Poſtea habeas ſex vel octo vaſa terrea, de meliori terra quam poteris habere, quæ ſint facta quaſi in modum cucurbitę. Et quodlibet horum vaſorum ſit amplum, vt poſſit tenere quindecim aut ſedecim libras. Et ſint in gutture ſtricta, in ventre verolata ita vt poſſis ſuperimponere alembicum. Et habeat ab orificio per ſpaciũ vnius palmę duas anſas in longitudine vnius parui digiti, ita q̃ poſſint per eas imponi & amoueri a fornat, & ab inferius ſint optime lutata.

Quorum forma eſt hæc.



Et quum ita erunt omnia præparata, magiſter operis impleat quodlibet dictorum vaſorum vſq; ad tertiam partem de melle, ita extracto, vt iam diximus: & reliquę duæ partes vaſis ſint vacuę, ita vt mel poſſit aſcendere & deſcendere, & ponatur in fumum accidiæ. Cuius forma eſt hęc.

VIDE FOLIO XVI.

Et ſuperimponatur alembicus, & omnes rimulę circunquaq; optime obturentur cum panno lintheo, fermentato ex argilla tenui. Et fac diſtillationem tuam lento igne. Quia ſi nimium calefaceres furnũ, mel ipſum in alẽbicum aſcenderet. Et ideo ſedula opera ſemper perſpicies, ſi vaſa ſint nimium calida, madefiant linthei panni, & circunquaq; inuoluantur vaſa circa alembicum, non tamen ipſum attingant, vel q̃ aliqua gutta aquæ ſup ipſum cadat, quia citiſſime alembicus rumperetur. Et lintheoli ſint inuoluti circa ipſum vas: donec frigeſcat, & ſic ipſum mel non poterit aſcendere, vel per alembicum diſtillare. Et prima aqua quæ ab ipſo melle diſtillatur habet in ſe ſpiritus, qui aurum potabile ingrediuntur; & cum parum ſen-

eſt

ſerint caloris, aſcendunt, & non permanent. Et ideo mel, quod a fauo ſuo eſt extractum per ignem: huic noſtro operi præſenti nil plane cõducit, qa omnes ſpiritus ex eo adempti ſunt, expirauerunt & eceſſerunt: Et hoc ac curate conſiderabis. Quumq; in alembico nullus ſpiritus cõſpicies, extra hantur vaſa, & hoc ipſum conſiderare poteris, cum guttulæ apparebunt circa lineas alembici, & tunc vaſa ex fornace extrahantur, & mel in quod dam vas ſeparatim reponatur quia nihil vltra ad hocopus valet. Et ſtatim infunde aquam bulientem in tuam cucurbitam, & optime lauetur, & ha beas ſpatulam ferream latam duorum digitorum, cum qua ipſam cucur bitam optime mũdabis: vt ſi quicq; mellis combuſti in ea reſiderit, poſſit ab ipſa amoueri & deponi. Et hoc facies ſemper, quãdo volueris impone re mel in ipſam. Si vero volueris ſecure tuũ mel diſtillare, ita q̃ non habe as aliquam ſollicitudinem, q̃ poſſit aſcendere in alembicum. Capias folio rum hederę manipulum vnum, & mellis libram vnam, miſceantur inſi mul & diſtillentur, & ſic mel tuum nunq̃ aſcendet. Et hoc modo poſſet di ſtillari per campanam.



Sunt tamen aliqui, qui accipiunt paruos lapillos albos: qui in ripa flu minum reperiuntur, & hos in cucurbitam cum melle imponunt. & eſt idẽ quia mel non poteſt propter ipſos aſcendere. Et quum omne mel ſta diſtil laueris, & aquam, in qua ſpiritus continentur, in cucurbitã impoſueris, pone ſup ipſam alembicũ vitreũ: & diſtilla, & ſpiritus ab ipſa aqua diſtil labuntur, ſicut ſupra dictum eſt de aqua vitæ. Et hæc erit qui. eſſentia mel lis. Hæc ergo habet odorem ſuauiſſimũ, ſicut germen prunorum agreſtiũ Si vero non poſſis in ipſo alem. cognoſcere, quando omnes ſpiritus ſeceſſe rint: amouebis receptaculũ, & guſtabis materiã diſtillatam, & ſi habet gu ſtũ mellis, ſcias ſpiritus adhuc eſſe ibidẽ. Et ideo toties cõtinuabis ipſam materiã diſtillare, vt nullus omnino ſapor mellis in ea remaneat. Spiritus

vero congregati, in vna cucurbita ponantur & in ſuperficie claudatur cũ vitro: & lutetur cum cera ſupradicta: vel cum luto ſapientiæ, & fiat vt ſupra dictum eſt de quinta eſſentia vini. Et ſi vis in hoc operari, habeas bonam quantitatem mellis.

Quomodo extrahenda ſit quinta eſſentia ex Chelidonia Caput. xiij

LHelidonia ſm Ray. Lullium, & Io. de rupeſciſſa dicta eſt quaſi cęli donum, Sed ſi etymologiam vocabuli, & grecam deriuationem inſpicere voluerimus, aliter de ipſius diffinitione loquendum erit. Dicunt enim Plinius & Ariſtoteles celidoniam eſſe ab hirundine nuncupatam, vel ab hirundinis vſu. Græce enim celidon hirundo dicitur, Vnde prouerbium eſt hoc: hoc eſt, Vna hirundo non facit ver. Ab hac nomen hoc chelidonia ſumpſit, monſtrata homini ab hirundine. Hac enim hirundines oculis pullorum in nido reſtituunt viſum. Genera autem eius duo ſunt. Maior fruticoſo caule, folio paſtina cętorticæ ampliore altitudine duorum cubitorum; colore albicans: flos lutheus. Minori folia hederæ minora aliquantũ: & rotundiora, minus candida, ſuccus croci mordax: ſemen papaueris, florent aduentu hirundinum, diſceſſu marceſcunt, florentibus ſuccus exprimitur, & in æreo vaſe cum melle leniter feruenti cinere, decoquitur. Singulari remedio contra caligines oculorũ vtuntur, & per ſe ſucco in collirij s: quæ ab ea chelidonia appellantur. Habet etiam innumerabiles alias virtutes: & ideo nõ immerito huic noſtro operi immiſcere voluimus: quõ ex ipſa extrahenda ſit quinta eſſentia quæ etiam ipſum aurum potabile ingreditur. Capeergo de chelidonia tempore eſtiuo, quando eſt tota matura, & viridis: & incipit quaſi albeſcere, & tota eius ſubſtantia, ſc3 flos, radix: & herba in quantitate quam volueris ſcindatur minutim & piſtetur in mortario lapideo. Poſtea ponatur in cucurbitam terream vitreatã. Et cucurbita impleatur tota. bene ipſam claudendo & lutando. Poſtea ponatur in fimum equinum recentem, ad fermentandum & digerendum p ſpacium trium hebdomadarum. Dehinc ſuperimponatur alẽbicus, & diſtilletur in balneo Marię. Et ſit ignis admodum lentus, & omnia optime obturẽtur, & exibit ex hoc ipſum flegma, & alia tria elementa manebunt in fundo diſtillatorij

Lullius. li. i. cap. iiij.





ſtillatorij. Poſtea feces extrahuntur ex ipſo, & optime terãtur ſuper vno marmore adeo tenue & ſubtiliter quantum poteris. Et poſtea iterum imponant in vas & ſuperinfundatur flegma ab aliis tribus prius diſtillatũ: & ſuperimponatur alembicus cecus.

Et optime omnia lutentur: & ponantur in balneo mariæ per ſeptem vſq; octo dies ad putrefiẽdum & digerendum. Si vero times expẽſas, fermentetur in fimo equino. Hoc facto materia paulatim infrigidetur. Poſtea ponatur in aliã fornacem ad diſtillandũ per cineres, & imponatur alembicus cum roſtro, & diſtilletur ſicut in capitulo decimo, de ſeparatione olei ab ipſa terra dictum eſt: & tunc exibit aqua limpida, habens colorem olei, quæ in ſe duo elementa complectitur, ſcilicet aerem & aquam, & in fundo alia duo elementa reſidebunt, quæ ſunt ignis & terra. Quum vero volueris ſeparare flegma ipſum ab aere, ponas oleũ in diſtillatorium recẽs & diſtilletur in balneo mariæ cũ modico igne, & videbis aſcendere ipſum flegma, & oleũ reſidebit in diſtillatorio. Et ita habebis duo elemẽta, ſcilicet aerẽ & aquam, quod liber ſegregatum ab altero. Nam oleũ non poteſt

aſcendere vel ſublimari in balneo mariæ: quia ignis non eſt ſatis potens. Quando vero volueris ſeparare cętera duo elementa, accipe feces ex quibus oleum diſtillaſti: & terantur ſuper marmore ſicut prius. Poſtea cape quattuor partes flegmatis, & vnam partem fecum: & inſimul miſceantur & incorporentur. Poſtea ponatur in fornacem balnei per ſeptem dies, poſt ea diſtilletur per arenā magno igne, donec exeat aqua rubicunda, & ſemper diſtilletur: donec in illam aquam conuertatur. Et habebis in ea elementa duo, ſcz ignem & aquam. Terra vero remanebit in fundo cucurbitæ ſicut materia nigra. Deinde ponatur illa aqua rubicunda in aliam cucurbitam, ſuperim ponendo alembicum roſtratum, & diſtilletur in balneo mariæ, & flegma ſeparabitur ab ipſa, & in fundo vaſis remanebit oleum rubicundum quod eſt ipſum elementū, ſcilicet ignis. Et ita habebis omnia quattuor elementa ſegregatim extracta, vnum ab alio. Elementum vero terreum calcinetur cum igne forti & vrgeatur per ipſum ad ſpacium decē dierum, vt bene poſſit exiccari. Poſtea teratur iterum ſuper marmore, & imbibatur cum ipſo flegmate, & diſtilletur per alembicum, donec in illa materia videas paruos lapillos albos ſicut ſal. Et hoc ipſum ſal iterum diſſoluatur cum aqua ex qua diſtillaueris, & poſtea iterum diſſoluetur, & diſtilletur. Et hoc fiat totiens, donec ipſa terra amittat omnem impurum & terreum colorem, ſcilicet vt albeſcat: & in albedinem cerę deducatur, & tunc habebis terram ipſam rectificatam. Poſſet autem aliquis percontari: quare terra ipſa in fundo reſideat. Hoc eo fit, cp in fundo remanet aer: & ipſe ignis per ipſam aquam tancp per flegma poteſt extrahi, & nullo alio modo. Quſi autem faciliori via id facere volueris, diſſoluatur quodlibet elementum cum aqua ſua per partes equales. Vt ſi flegma in quo eſt aer diſtillaueris, vt tantundem de aere in fundo remaneat. Accipias iterum tantundem de ipſo flegmate, & diſtillet cum aere. Et hoc fiat ſepties. Ex alio vero flegmate extrahatur aer, ex ipſo quod poſt aerem remanſerit, pari modo extrahatur ignis, ſicut ſupra docuimus. Poſtea diſtiletur in balneo marię, & abſtrahatur ipſum flegma, & talis materia adiungatur tanto olei rubei, quod in fundo diſtillatorij prius remanſerat, ſicut iam declaratum eſt & per ſeptem quocp vites diſtilletur. Poſtea ipſa terra cum flegmate abluatur. Et hac forma quodlibet elementorum in ſua virtute magis perficitur ad operandum operationes ſibi appropriatas. Eſtetiam alia via ſubtilior, redigendi quodlibet elementum in ſuam ſummam ſubſtantiā & quintam eſſentiam, tamen præſupponitur, quod elementum quodlibet ſit prius iuſtificatum. Deinde accipiatur & ponatur in vas circulatorium.

Ponatur in fimum equinum, aut in Balneum mariæ per dies trigin-
ta. Poſtquam etiam autem ita circulaueris per hoc ſpacium dierum
triginta

triginta, iterum diſtilletur. Tunc corpus ipſum tanquam materia groſſa permutabitur in ſpiritum vel ſubſtantiam ſubtiliſſimam. Sunt etiam quidam qui faciliori via hoc operantur, accipiendo quattuor partes terræ, & vnã partem de vno quattuor elementorum: quod cũq; volueris, & digeratur in forma prædicta, & circuletur per dies triginta, & per crebrum aſcenſum & deſcenſum materiæ, quouſq; fit in circulatorio per tantum temporis, quodlibet elementorum in quintam eſſentiam pmutatur. Et quum ſcire volueris, quando materia ſit ſatis circulata, vide quum ipſa quinta eſſentia natat ſuper aliam materiam, tunc ſatis eſt. Habes itaq; ſatis ſuperq; declaratum, quomodo ſint ſeparanda quattuor elementa, & quomodo ipſa quinta eſſentia ſit extrahẽda ex ipſa celidonia. Reſtat nunc dicere virtutes quintæ eſſentiæ ab ipſa celidonia extractæ. Elementum igitur aquæ ſiue ipſum flegma conducit ad omnes egritudines corporis calidas & frigidas. Temperat etiam omnes venas circa cor exiſtentes, & omne venenum ab eo expellit. Curat etiam omnes morbos accidentales pulmonis. Sanguinem purificat, & hominem præſeruat ab omni corruptione virtutis naturalis. Opilatur denicq; omnibus infirmis, etiam in quacunq; infirmitate ſint. Elementum vero aeris eſt ſicut oleum, & habet has virtutes. Iuuenes in roboreſuo confirmat, in fortitudine ſcilicet & venuſtate, quum ſi aliquando fuerint in epulis, quia nullũ ſanguinem permittit putreſcere. Adurit etiã & expellit omne flegma ſalſum, & melancoliam ſuſtollit, omnem denicq; aduſtionem colere nimirum auſert. Elementum autem ignis, quum de eo accipiatur in quantitate vnius grani tritici, & conteratur, & incorporetur cum vino optimo, & in collum hominis egroti, immo etiam ſemimortui immittatur, hanc habet efficatiam. Omnes vires corporis amiſſas recuperat & refocillat. Penetrat ei vſq; ad cor, & ipſum calefacit, & expellit omnia venena & omnes humidas ſuperfluitates ab ipſo corde. Si vis hominem in agone mortis exiſtentẽ, in vigeſima parte horæ curare, vt ſit miraculum, & quaſi illuſio, dabis ei granũ vnum olei huius, quod eſt elementum ignis, & ſtatim conualeſcet, etiã vt aſtantes mirabunt, eſſe dicentes, quoddam magnũ miraculũ. Et ita ſentit Lullius. Sunt autẽ aliqui, qui alio modo quintam eſſentiam ex celidonia extrahunt, accipiendo Celidoniam dũ adhuc floreſcit, cum radice & flore, & ponderetur, pondus vſq; ad ſuum tempus reſeruãdo, diſcindatur minutim, & ſuper ipſam infunde aquam fontis puram, & ponatur ſuper ignem: & tantum bulliantur, donec ad ſuũ prædictũ pondus reducat. Hoc facto, piſtetur in mortario lapideo, & exprimat ſuccus p pannũ colatoriũ



Lul. li. ij diſtin. ij

amouentur

amoueantur feces, & reliquum bulliantur, donec ad ſpiſſitudinem mellis perueniat. Et tunc illa materia erit præparata, ad ſeparandũ quattuor elementa, vnum ab alio. Et ponatur in cucurbitam, ipſam implendo pro media parte, & lutetur deſuper alembicus, meliori via qua poteris, & diſtilletur igne lento in balneo Mariæ, ita quod aqua ab ipſa materia expellatur.

Deinde diſtillatorium ponatur in cinerem, & ſeparabitur ab ipſa alia aqua, quæ eſt ſicut oleum. Quumq; tertia vice videris oleum ſupernatãs amoueatur receptaculum, & aliud anteponatur, ad recipiendum illud oleum, quod eſt ignis. Et ita habes tria elementa, ab inuicem ſeparata, ſcilicet aquam, aerem, & ignem. Terrea vero ſubſtantia in fundo vaſis remanet ſicut materia combuſta. Et quodlibet horum elementorum ſegregatim in vaſe reſeruetur. Quum vero quodlibet elementorum volueris rectificare, quia ſic fieri oportet, ſi vis eo loco medicinarum vti. Aqua igitur ipſa per alembicum ſepties diſtilletur, & in qualibet diſtillatione cucurbita optime lauetur a fecibus remanentibus, quæ debent admiſceri elemento terreo & diſtillentur in balneo mariæ, & vas in quo aqua illa debet reſeruari, optime perlutetur. Tali etiam modo rectificabis aerem per ſeptenariam reiterationem in cineribus: ſemper miſcendo feces cum ipſa terra. Hac etiã forma elementum igneum temperabis & iuſtificabis. Et hoc eſt ipſum oleum tertium. Et quodlibet oleorũ reſeruetur in vaſe bene clauſo. Poſtq; autem rectificationes cuiuſlibet elementorum monſtratę ſunt, operepretium eſt, ſcire naturam & virtutem cuiuſlibet elementorum. Aqueæ ergo qualitatis vis eſt, expellere omnes calores & venena ab ipſo pectore, mundificare etiam ſanguinem. Valet etiam contra opilationes pulmonis & epatis. Corrumpit omnem humorem & flegma ſuperuacuum. Deniq; hominem in nouem diebus ab omni infirmitate liberat. Oleum vero aeris conferuat iuuẽtutem & robuſtatem cum pulchritudine & optima venuſtate: nec permittit ſanguinem putreſcere, vel melancoliam dominari, aut coleram adurere, nec flegma in corpore humano abundare ſinit, augmẽtat ſanguinem, & per quæq; membra ipſum diſgregat. Et ideo qui hoc oleo aeris vtuntur, ſepe phleubothomi ſant, quia eſt valde penetratiuum. Egrotos maxime pere ſuſtẽtat & nutrit. Valet etiã, ſi quiſpiam timeat & in periculo ſit amittendi oculum, & per ſpacium triginta dierũ imponat in ipſum omni die vnam guttam vel duas: & in hoc miraculoſe prodeſt. Efficacia vero qualitatis ignee multo eſt maior cæteris duabus. Operatur enim in illis in quibus priora nihil ꝓficiũt. Homines ſenes in iuuẽtute cõſeruat: & facit ipſos iuueneſcere. Et ſi hõ eſſet in iudicio mortis: & caperet de hoc oleo ignis in quintitate vnius grani tritici, cũ vino vel cũ aq̃ vitę tẽperatũ reſtaurat ipſum ad vitã, calefacit ſanguinẽ, recreat cor, cõſeruat hominẽ a morte

& ipſi

& ipsi restituit vires iuuentutis. Et si sumitur cum aqua siliginis, dicitur esse elixir vitæ. Materia quidem terrea rectificata per tres vices per dissolutiones, coagulationes, & calcinationes, est subtile sal terræ, cũ quo possunt transmutari omnia metalla in lapidem, cum quo omnes spiritus figuntur habentes humiditatem radicalem. Nutrit etiam leprosos. Ex hoc autem philosophi antiqui lapidem fecerunt, quem philosophalem appellauerũt. Modus vero sumendi ipsam medicinam, est hic. Recipe tres guttas ignis celidoniæ, tria codearia aquę rosarũ: medium cocleare de aere sanguineo: capiantur immixta simul stomacho ieiuno. Si infirmitas est calida, detur cum vino, & si homo excessisset annum vigesimum quartum, cum aqua vitæ. Si autem sunt febres calidæ, nullo modo debet administrari patiẽti.

De terra rectificata septies Vt iam scis.

De modo extrahendi quintam essentiam ex sanguine humano, ouis, carnibus, & similibus. Caput. xiiij.

SIvis ergo extrahere quintam essentiam ex sanguine humano, accipiatur de sanguine hominis sanguineæ complexionis, vel colerici sani, mediocris ætatis, & bonum vinum bibentis, postq̃ phleubothomi sauerit, & sanguis residens in fundo vasis ab ipsa aqua segregatus fuerit, teratur in aliquo vase cum decima parte salis cõmunis, & bene concutiendo insimul misceatur, & ponatur in pellicanum clausum.

Et postea ponatur in foueã quinq̃ pedum profundam, & latam duorum pedum, habentẽ vnum stratum de calce viua, & aliud de fimo equino, sicut supra dictum est de digestiuo, & fermentetur ibi per vnam lunam, vel circiter, secundũ quod videris tempus esse nubilum vel serenum. Postq̃ autem videris ipsam materiam esse resolutam in aquam, scilicet q̃ grossa substantia, quæ in fundo pellicani residet, ab aqua penitus sit segregata. extrahatur ab ipso fimo, & ponatur in balneum Mariæ cum alembico, & distilletur igne lentissimo, sicut supra de quinta essentia vini dictum est. Et quum primam distillationem perfeceris, adminiceatur iterum cum fecibus quæ in distillatorio remanserũt & iterum in fimo putrefiat, donec videris purũ ab impuro esse sequestratum, & materiam depuratam & subtilem natare super fece, & si sit tempus clarum, putrefiat in loco præfato longiori tempore quam si etiam fuisset

nebulo-

nebuloſum vel imbriferũ. Hoc facto, ſecundarie diſtilletur, Poſtea iterum cum fecibus ponatur ad digerendum, & denuo diſtilletur, & hoc fiat quatuor vicibus ad minus. Poſt diſtillationem autem quartam circulabis tẽ pore longo, ſicut ſupra dictum eſt de quinta eſſentia vini, ita vt talem perfectionem acquirat: vt ex claritate ſua immaterialitatem & corruptionem adipiſcatur: & per diſtilationem approprietur quintæ eſſentiæ ſanguinis humani corporis. Et hæc in omnibus egritudinibus ex nimia ſua nobilitate & virtute maxime eſt ſuſtẽtatiua naturæ humanæ, & citiſſime egrotantem a quocũq; morbo liberat. Et hæc ſufficiant de ſanguine humano. Ex carne autem & ouis quũ quintam eſſentiam extrahere volueris, caro illa, ex qua illam educere vis, ſit ſubtiliſſime & minutiſſime cõcila, & poſt ea in morario piſtetur, cum decima parte ſalis communis. Pari modo oua in mortario cum ſale piſtentur: donec in aquam redigantur, ponãtur poſt ea in cucurbitam & ſuperimponatur alembicus cæcus, & fiat per omnia in digeſtione fermentatione: & diſtillatione: ſicut iam de ſanguine humano elucidatum eſt.

De modo extrahendi quintam eſſentiam de pomis: piris & aliis fructibus. Caput. xv.

SI vis extrahere quintam eſſentiam a pomis, piris: prunis: ceraſis: caſtaneis, & aliis generibus fructuum: minutiſſime cũ cultello fruſtulentur, poſtea piſtentur in mortario terreo: & optime incorporẽtur cum decima parte ſalis communis. Poſtea ponantur in cucurbitam, & ſuperimponatur alembicus cæcus: & optime per lutetur, & ponatur in fimum, ad putrefiendum, ſicut iã de ſanguine humano eſt dictum. Et tunc eſt perſpiciendum: ſi aliquis fructuum habeat virtutem ad hoc ad quod vti volueris: quia illa virtus & præſtantia ipſius fructus venit ex ſui eſſentia. quæ in ipſa materia eſt latens & occultata. Et illa dum a fecibus ſuis, & a materia groſſiori ſegregata & ad immaterialitatẽ & quaſi incorruptionem quandam reducta fuerit, haud immerito a philoſophis quinta fructus eſſentia nuncupatur. Et ideo milliies maiorem habet virtutem quam antea habuerat: dũ ad huc corpus elementarum. Feces enim ipſorum fructuum ex quattuor qualitatibus (vt nemini dubium eſt) compoſitæ ſunt.

De modo extrahendi quintam eſſentiam ab floribus, herbis, & radicibus. Cap. xvi.

Si vis

Si vis separare qui, essentiã a quatuor qualitatibus florũ, herbarum, & radicum, Accipias eas dum bene sunt maturę, cum tota substantia sua, tempore claro & sereno, luna ipsa crescente, & ita quasi plena, quia tunc omnes flores, herbæ, & radices carent ꝙd dammodo omni corruptione, ita ꝙ sunt separatæ ab omni calore extraneo & supernaturali, & optime ab omni immundicia purgentur. Postea minutissime secando, pistentur in mortario marmoreo, cum decima parte salis, & ponatur in circulatorium.

in quo tempore sunt herbe colligende & etiam radices. hec nota.

Fermentetur in fimo equino per vnũ mensem, omni hebdomada renouando semel fimum. Mense aũt peracto, extrahatur a fimo: alembicum cecum deponendo, & superimponatur alembicus cum rostro, & distilletur in balneo Mariæ, augmentando primum ignem vsq; ad tertium gradum. Et aqua distillata reseruetur, & feces ex cucurbita extrahantur, & pulueri sentur minutissime. Postea superinfundatur aqua distilata super feces, & iterum apponatur alembicus cecus, omnia optime lutando, sicut priori vice fecisti & distillentur in balneo Mariæ, ignem minuendo ꝙ gradum medium. Post hoc iterum feces pulueriseritur, & superfluã aqua, quę ab ipsis erat distillata, iterum digerat vt supra & tertio distilletur, & putrefiat, semper ignem diminuendo per medium gradum. Putrefactio quoq; decrescat semper per medium gradum, sc̃z ꝙ in secunda digestiõe putrefiat per dies viginti & vnum in tertia per dies quattuor decim, in quarta per dies octo, ita ꝙ quaternis vicibus fermentetur. Quarta autem distillatione peracta, ponatur in hoc circulatorium.



Et sepeliatur in fimo equino, vel in balneo, faciendo ignem in primo gradu. Potest etiam poni ad solem diebus æstiuis, vel etiam occultetur in vinacea & ibidem circuletur per vnum mensem integrum, vel paulo plus: quia quanto plus circulatur, tanto nobilior efficitur, dum superflua humiditas quattuor qualitatum penitus digeritur: consumitur & resoluitur in circulatorio per frequentem ascensionem & descensionem. Et ita habes quintam essentiam, in qua maxima virtus herbarum, florum, & radicum delitescit. Magis tamen est efficax, si accipis herbam, semẽ, vel radicẽ, & distillaueris ex eis aquã & illa aqua ita distillata iterum superfeces suas, vnde est distillata, fundatur, digerendo in fimo equino per septem dies. Postea distilletur per cine-

res omni via, modo, & forma, sicut supra in chelidonia est factũ. Quia ꝑ hoc ex ipsis quattuor qualitates separabis, & materia tãto nobilior & præstantior reddetur. Et quodlibet segregatim reseruetur, quia aliter feces nullius essent valoris. Possit autem aliquis sciscitari, quid est quinta essentia quum non sit plus q̃ alia aqua distillata, Ad hoc ego respondeo, ipsam nihil aliud esse in forma & visione q̃ aliam aquam distillatam. Sed multo maior: subtilior, & nobilior est q̃ alia aqua distillata simplex, quum per multas & varias digestiones, circulationes, & distilationes omnis flegmatica & aquea humiditas in ipsa sit consumpta. Pari modo per suam excellentem subtilitatem, dum super feces fũditur, & iterum digeritur, & ab ipsis fecibus iterum distillatur, omnem suam vim & virtutem, quæ in ipsa latebat, recuperauit. Et ideo assimilatur ligno combusto, quod iam in carbones est redactum, & tamen ipsi carbones non sunt vlterius flamma.

Comparatur etiam mortuo. Dum enim ipsa anima est a corpore segregata: cadauer ad aliud nihil prodest quam ad putrescendum. Et propterea omina ad vnguem manefestare volui: vt si quippiam subtilis & magnę efficaciæ habere velis: posses ad operationem secundum animi tui libitũ perducere: accipiendo de ista quinta essentia loco aliarum aquarũ, & adiungendo quascunq; species volueris, & pari modo distilletur, sicut iam sepius auditum est: scilicet recipiendo de quinta essentia. ℥. vi. aliarum specierum quarumcunq; ℥. iiij. puluerisentur subtilissime, & ponatur in cucurbitam, superimponendo alembicum cecum, & digeratur in fimo equino per mensem integrum. Postea distilletur, ignem faciendo, vsq; ad finem tertij gradus. Postea feces puluerisentur, & superfusa aqua de eisdem distillata, ponatur iterum in alembicum cecum, digerẽdo per tres hebdomadas Deinde iterum distilletur, & digeratur per dies quattuordecim: minuendo semper ipsum ignem per vnum gradum. Et quum quater distillaueris & putrefeceris, iterum feces puluerisent̃, & vltimo ignis fiat in primo gradu caloris: & digestio fiat per dies octo. Postea ponatur in circulatoriũ, & ibidem circuletur quantum volueris, tunc in quolibet mirabilem operationem inuenies, ad quam ipsa materia est ordinata. Si autem putes de corruptibili fieri incorruptibile, decipieris, vt ait Ioannes de rupescissa. Licet enim faciat incorruptibile incorruptibili vicinum, tamen ad veram perfectionem non ducitur, vt ait Lullius. Quia quicquid sub cœlo est, corruptibile est. Et ideo maxime est absurdum, præparare vel facere varias res, vt aliqua materia possit omnino a corruptione præseruari. Sicut in egrotis videmus, qui aliquando a medicis casu fortuito subleuantur, nulla tamen debita cura præeunte. Sed tamen (vt ait Ouidius) Non est in medico semper releuetur vt eger. Quia si hoc esset, homines qui abhinc iam cẽtum aut ducentis annis elapsis sunt mortui, adhuc essent in vita. Ideoq; si vero auro

Lul. li. i. cap. x.

potabili

potabili vtereris: ſicutiam ante quingentos annos in vſu fuit putes te trecentos aut quingentos annos victurum, ſicut de pluribus veterum legi, friuolum hoc eſt, & maxime ridiculum hac ætate noſtra, quum natura hominum, & virtus vegetatiua de die in diem decreſcat, quumq; nullū bonum inter homines ſit regimen in eſu & potatione. Quia noſtro tempore (quod etiam diuus Paulus præcinit eſſe commune) nemo eſt qui dubitet plures mori crapula q̄ gladio. Deniq; nullū dei culū, timorem & cerimonias recto tramite obſeruamus, ſicut anteceſſores nr̄i fecerūt. Et ideo raptus eſt iuſtus, ne malicia immutaret intellectum viri ſanguinum & dolo ſi dimidiabunt dies ſuos. Et ideo quicquid molimur, inane eſt.

Quomodo ſit extrahenda quinta eſſentia ab Antimonio. Caput. xvij.

QVinta illa eſſentia ex antimonio extracta, multum valet, ad plagas exiccandas. Et fit ita. Recipe puluerem Anthimonij ſubtiliſſimum: incorporetur cum aceto diſtillato, & ſit melius quod haberi poteſt, & tantundem ibidem permittatur Anthimonium, donec acetum in colorem rubicundiſſimum conuertatur. Coletur deinde acetum, & ponatur in vas mundum, & ſuperinfundatur de alio aceto diſtillato, & ponatur ſuper ignem modicum, donec acetum coloretur. Et hoc fac toties, vt acetum ceſſet colorari. Ipſumq; quod coloratum eſt, accipies, ponendo in cucurbitam, diſtilletur per alembicum in fornace cinerum. Et primo diſtillabitur acetum ipſum, poſt hoc per roſtrum alembici videbis egredi materiam mille colorum, & hæc eſt ipſa quinta eſſentia, quæ a philoſophis appellatur plumbum philoſophorum. Nuncupatur etiam a quibuſdam artiſtis lac virgineum. Eſt tamen differens a illo de quo infra dicetur: & fere oleo benedicto in colore aſſimilatur. Hæc itaq; ponatur in pellicano, ad circulandum, per dies quadraginta, & poteris eo vti ad omnes plagas loco Balſami, quia facile & citiſſime omnia vulnera curat. Etiam omnibus apoſtematibus mirum in modum confert. Ex ipſo plumbo quoq; vel ceruſa etiam extrahitur quin. eſſentia, ſicut ex anthimonio, ſuperfundendo acetum diſtillatum, per digitos quattuor. Poſt ea in fimo equino digeratur, ſicut narratum eſt de quinta eſſentia herbarū & florum. Deinde diſtilletur, & primo videbis aſcendere ipſum acetum, poſt ipſum quandam humiditatem, ſicut eſt oleum, & hoc etiam appellatur oleum plumbi, ſiue quinta eſſentia plumbi, & habet in ſe quandā dulcedinem, ſicut oleum Anthimonij. Valet autem contra omnes combuſtiones ignis: & aquæ calidæ: & contra impetiginem: & veſicas colericas. Notandum tamen eſt, ipſam ceruſam prius debere ablui ſepius cum aqua roſarum,

ſarum, colando per pannum lineum, donec nil in ipſo remaneat de pulue re ceruſæ. Deinde exiccetur: & vſui reſeruetur, Et ita vult Seruitor; & Io hannes de ſancto Amando: ſuper antidotario Ioannis Meſue.

De modo extrahendi quintam eſſentiam ex Sole. Caput. xviij

MVlti diuerſimode de quinta eſſentia auri tradiderunt, tamen breuitatis cauſa ſubtiliorem & breuiorem modum demonſtrabimus. Quum ergo volueris extrahere quintam eſſentiã ab ipſo Sole tanctp̃ preciſiſſimo omnium metallorum & perfectiſſimo, Cape Solis optimi. ʒ. iiij. Mercurij viui & optime abluti. ʒ. xxiiij. fiat amalgama. Et habeas tria: vel quattuor, vel plura inſtrumenta terrea, a figulo facta de optima terra, quam habere potueris, & fiant in forma pixidis, de vna latitudine & amplitudine ab vno fundo ad alium, & ſint in fundamento rotunda, in lõgitudine vnius palmæ lata: ita vt poſſit ingredi tigillum aurifabri, & ab intus ſint vitreata, & circa ambitũ vel orificium. Quorum forma eſt hæc.



Poſtctp̃ autem facta fuerint, circa orificiũ optime adæquẽtur & poliantur, ita vt ſint æquata perfectiſſime. Hõcfacto, accipe tria aut quattuor tigilla vel crucibulos, ponendo in ignem, & calefaciendo, vt rubeſcant, & cũ ita erunt candentes, amoueatur vnum & ſuper marmor ponatur, infundendo ipſum amalgama, & ſubito habeas vnum ex prædictis inſtrumentis, ſuperimponẽdo ſuper ipſum tigillum, in quo eſt amalgama, & ſine ita frigeſcere ſuper lapidem. Dehinc habeas pedem leporis, cum quo vaſculum optime ab omni mercurio mundetur, qui in ipſum ab intus aſcendit, & rurſum in tigillum imponas, cũ ipſo amalgamate. Abhinc imponatur amalgama in cõchile mundum, optime ipſum terendo & agitando cum inſtrumento ferreo, vel paruo piſtello, & videbis aſcendere quandam materiam nigram, ſubtilem, & leuiſſimam: ſicut eſt puluis aliquis, quam cũ penna abſtrahes, imponendo in cucurbitam, & optime ipſam perlutabis cum luto ſapientiæ. Accipiatur deinde amalgama, & imponatur in aliud tigillum candeſcens, ſuperimponendo vnum ex prædictis vaſis, & frigefiat ſuper ipſo marmore, & fiat per omnia ſicut de primo. Si autem breuiori via velis hoc operari: ipſum amalgama in tres vel quattuor partes diuidatur, imponendo quamlibet partem in vno vaſorum, ſicut per omnia enarratũ eſt, & quum amalgama erit infrigidatum, ſemper habeas tigillum candeſcens præparatum: vt imponas aliud, ſemper ipſum vas mundando cum

pede

pede leporis, ſicut iam dictum eſt, & mercurius quia ſcēdit ab intro, debet ſemper admiſceri iterum cum amalgamate, donec nullum Solē videas admixtum cum mercurio. Hæc autem materia nigra: de qua iam diximus, a philoſophis Caput corui appellatur: & eſt initium omnis veræ & perfectę ſcientiæ. Et licet ſit nigra defuſca: eſt tamen aurum quod infundēdo poteris probare. Et quando videbis ipſum mercurium non plus reddere de tali materia nigra: tunc eſt certiſſimum indicium, nullum Solem plus in ipſo contineri. Dum ergo ipſam ita collegeris: debet optime lauari: vt totus mercurius ab ea ſecedat & ſeparetur. Hęc autem lauatio fit hoc modo. Diſtilla ſemel aquam fontis per alembicum: imponendo materiam nigram in vrceo vitreato: ſuperinfundendo de hac aqua diſtillata, & teratur cū digito mundo hinc & inde: & videbis Mercurium ab ipſa materia ſeparatum, in fundo reſidere. Poſtea colabis aquam & materiam ab ipſo Mercurio in vrceum alium vitreatum: ſuperinfundendo aliam aquam diſtillatam: faciendo ſicut prius. Et hoc toties: donec tota materia ab ipſo mercurio ſegregetur. Poſtea recipe vrceum cum illa nigra materia: & pone ad locum ſecurum ipſum optime tegendo: ne aliquid impuri poſſit incidere: & dimittere ita requieſcere per diem & noctem: & tota materia in fundo reſidebit. Deinde aqua a materia ipſa coletur cum panno lineo albo & mundo: & illa materia ſiccetur ſuper paruum ignem, de carbonibus factū, aut ponatur in arenam calidam, vel in cineres. Poſtea in cucurbitam ponatur ipſam optime lutando, & vſui reſeruetur, donec volueris ea vti. Mercurium autem tuum, cum quo vis facere amalgama, debes ita præparare. Primo accipe de Mercurio quantum volueris, imponatur in mortarium cum aceto & ſale communi: teratur: immiſceatur; inſimul cum piſtello ligneo donec acetum in nigredinem deducatur. Quo facto, ab ipſo Mercurio ſegregetur, & coletur, aliud recens ſuperinfundendo: iterumq; piſtando, donec nigreſcat. Deinde iterum coletur: & aliud ſuperinfūdatur. Et hoc fac toties: vt ipſum acetū deſinat nigrefieri. Poſtea permittas ſtare donec mercurium in ipſo fundo videris: & inde acetum iterum coletur. Mercurium vero ipſum cum ſale in vrceo vitreato pones ad ignem: vt exiccetur. Quo facto: ipſa materia in ſubſtantiam aliquantulum duram emutabitur. Hanc ergo in mortario iterum teres cum piſtello ligneo, ſuperfundendo aquam fontis puram, ſemper terendo. Et quando videbis materiam nigram eſſe: colabis aquam ab ipſa, & impones recentem. Et hoc fiat toties, donec tota nigredo ab mercurio abeat & recedat vna tum ſale. Et tunc eſt preparatus ad ipſum Solem. Deinde per lintheolū coletur tribus aut quattuor vicibus, & vltimo per corium, ſicut faciunt aurifabri. Veram ergo ſic habebis mercurij rectificationem. Sunt tamen aliqui, qui aliō modo ipſum præparant: ſcilicet accipiendo capita allei, quæ optime debent a corti-

præparatio.m.

cibus suis mundari, deinde pistentur quantum poteris, & exprime succū ipsum per pannum, & accipias de mercurio, quantum volueris, terat̄ super marmorcum prędicto succo allei, donec mortificetur, & ab inuicem separetur mercurius, vt nihil penitus de ipso appareat. Deinde accipias aliū mercurium, iterum cum alleo terēdo, & fiat sicut de primo. Quo facto, ponatur in vas terreum vitreatum, aut in mortarium, terendo fortiter cum pistello ligneo, admixto sale & aceto: & quum materia nigra fuerit, coletur: & iterum aliud acetū imponatur. Et hoc fac toties, donec nihil de materia nigra remanebit, & ita erit optime præparatus. Alij vero alia via ipsum purgant, & est melior q̄ illa quæ fit cum sale vitri & vitreolo, & fit sic. Accipe sal commune præparatum, & cum ipso mercurius sublimetur, & cū albescit sicut nix: proijciatur in aquam calidam, donec insimul congeleť. Quo facto, ex aqua deponatur, & fiat sicut priori modo, & erit optime purgatus. Cum quo poteris soluere deinde Solem vel Lunam per optime

Danc vtabit.

De modo distillandi per descensum. Caput xix.

DVplicem esse modum distillandi neminem latere arbitror: p̄ ascensum scilicet & descensum. Quorum ille ab omnibus facile est cognitus, hic vero a paucis. Qua de re opere precium me facturum ratus sum, si huius artis tyronibus viam distillationis per descensum insinuaro. Plura enim per hunc modū distillantur. Sicut fit in oleo Iuniperi: in oleo benedicto in oleo nucis muscatæ, in oleo vitellorum ouorum, & in multis alijs. Talis ergo distillatio potest fieri in fornace quadrata, facta ex lateribus non coctis. Et sit in amplitudine & latitudine trium cubitorum, vel paulo plus, ponendo vnum lapidem post alium, sicut fit in Germania, in constructione focorum, super quibus esculenta coqui solent. Et sit de terra, in altitudine vnius cubiti & medij ab omnibus lateribus, excepto anteriori, supra quo ponantur ferramenta, super quibus alij sint lateres tenues, quos tegulas dicimus. In medio vero habeat foramen latitudinis vnius cubiti, quum ex ipsa longitudine fit annulus, per quem possit immitti pes hominis. Super hunc ergo focum ab omni parte fiat vna positura laterum muraliū, in altitudine vnius cubiti, vel circiter duorum. Cuius forma est hæc.

Postea habebis fornacem paratam ad distillandum & sigillam dum omnia vitra distillatoria quæ volueris recludere, & appellatur Sigillum Hermetis, sicut in capitulo subsequenti copiose declarabitur. Quum ergo volueris distillare per descensum, accipiatur cucurbita de meliori terra quam inuenire potueris, vel si non possis habere bonam terram, fiat de cupro vel auricalco, & impleatur vsq; ad tertiam partem cum materia illa, quam distillare volueris: & in hoc claudatur cooperculum ferreum tenuissimum:

factum



factum de laminis ferri, sitq; plenum foraminibus paruis, & orificium cucurbitæ vertatur hoc modo.

Et intret foramen quod est in fundamẽto fornacis in latitudine triũ digitorum, & sint omnia peroptime lutata, q; a sum̃itate fornacis in fundũ eiusdẽ nil possit cadare. In inferiori vero parte fornacis ponatur receptaculum, ad suspiciendum materiam distillantem & in superiori parte fundamẽti fornacis fiat ignis de carbonibus ab omni latere, sit tamẽ longinquus a distillatorio, inquãtum est possibile. Et in principio, ignis debet esse valde exiguus, postea sensum & paulatim, semper augmẽtetur, & semper poteris ipsum appropiquare, paulatim ipsi cucurbitæ. Et scias q; quælibet materia in principio distillabit aquam, tamen vna plus q; alia, quemadmodum assiduus huius artis sectator ex variarum materiarum distillatione videre potest.



Ponatur ergo infra ipsum orificiũ p fundamẽti superioris partẽ cucurbita vitrea in inferiori parte fornacis ad recipiendũ q̃d distilaueris. Quũq; videbis oleũ distillãs ipsum vas debet euacuari, & iterũ supponatur, & semper augmentabis ignẽ, approximãdo ipsi distillatorio siue cucurb. donec nullũ oleũ videas plus distillare. Tunc enĩ ignis est amouẽdus & retro faciendus, & quãto lõgius, tãto melius, donec extinguat̃, & superior cucur. pars sit infrigidata. Et deinde inferiorẽ partẽ, in q̃ est oleum, amouebis, & reseruabis segregatĩ. Quod aũt ignis in principio debeat esse valde exiguus, & debeat paulatim augmentari, ita vt sit in quarto gradu, hoc fit duabus ex causis. Prima quidẽ est, q; ex illo abundãti & vehemẽti calore cõsumit̃

omnis humiditas ex quo poteſt fieri oleum, & hoc ſit præcipue in oleis vitellorum ouorum, & nucis muſcatę. Sed in aliis, ſicut in oleo Iuniperi, poteris facere ignem repentinum quanunt libuerit. Secunda cauſa eſt, ꝙ ipſum lignum accenſum poſſit ipſam cucurbitam ledere, vt poſſit comburi, vel rumpi, vel oleum ex eo poſſit aliquem fetorem attrahere, & ideo ignis in principio, ſecundum curſum naturæ eſt faciendus, quum ipſa natura niſi violenti patitur, vt iam ex Auicennę & Ariſtotelis ſententiis probatum eſt, in quinta eſſentia vini. Sed in oleo benedicto ſimplici debebis ſaltem augmentare ignem in fine diſtillationis. Poteris etiam facere fornacē hoc modo. Ita vt ſit fouea in terra foſſa, in longitudine, latitudine, & profunditate, ſicut materia diſtillanda exiget, in qua ponatur olla vitreata, bene lota cum aqua, ad vitandum ne olea diſtillata ipſam ingrediantur. Superꝙ orificium ipſius ollæ ponatur lamina ferrea tenuis, multis foraminibus perforata: ita ꝙ olia laminam aſcendat in latitudine vnius digiti obliqui ſiue tranſuerſi, & ſuper hoc vas terreum, aliud imponatur, vertendo vnum orificium contra aliud. In illa vero ſuperiori ſit materia diſtillanda, bene claudendo ipſum vas, ne materia poſſit elabi. Deinde optime omnia lutentur, & fiat ignis circa ollam ſuperiorem, quæ debet eſſe tota extra foueam, præter orificiū, quod ſit in magnitudine ipſius foſſę. Sed hęc ſecunda via non poteſt bene fieri, ſicut prima, ex duabus rationibus. Quarum prima eſt quia prima vice non poſſis ſeparare aquam ab oleo. Secunda vero eſt, quia non potes facile ſcire, quando tota materia eſt diſtillata, niſi per crebrum vſum & conſuetudinem experieris. Poteſt quoꝙ per aliā viam fieri fornax diſtillandi per deſcenſum, hoc modo. Fiat fouea in colle præcipiti, & inferius diſtillatorium, in forma prædicta imponatur, ſemper imponendo aliud, in cuius fundo multa ſint foramina. Et ſuper hoc diſtillatorium vel ollam ponatur tegmentum, ab inferiori vſqꝙ ad ſuperiorem partem vndiqꝙ optime claudendo, vel lutando. Et circuitus ollæ ſuperioris ſit inferior colle, ita vt collis ipſam ollam aſcendat. Deinde fiat ignis in forma ſupradicta. Poſſis etiam ſupponere vitrum huic ollæ. Nam prior fornacis pars de olla inferiori debet eſſe aperta, vt poſſis cognoſcere, quādo tota materia ſit diſtillata.

De modo claudendi Sigillum Hermetis. Caput. xx.

Sepius oleum vel aqua nobilis exigit eximiam clauſionem, ne ſpiritus & virtus vegetatiua ab ipſa poſſit exhalare ſiue exſpirare, & ſepius hoc exigit materia circulanda vel fermentanda, ne virtus rei diminuatur. Et hæc clauſura appellatur Sigillum hermetis, & inter omnes alias ſigillationes eſt nobiliſſima & excellentiſſimā

lentissima. Quę quidem ita solet fieri. Vitrum siue distillatorium impletum vsq; ad tertiam partem de materia digerenda circulandaq;, collum habeat longum: & intrudatur ab infra in foramen paruæ fornacis, sicut in antecedenti capitulo narratum est. Ita q; ipsum vas penetret foramẽ furni per quattuor digitos obliquos. Si vero ipsum foramen sit amplius q; collum vitri, debet obstrui argilla ab omni parte, ne quicquam circa vitrũ possit in inferiorem fornacem cadere, & ipsum orificium vitri sit liberum in fornace, nec vllatenus sit circũdatum argilla. Postea fiat ignis exiguus de carbonibus in superiori parte fornacis, ita remote, quantũ poteris ab ipso vitro seu distillatorio. Deinde sepe appropinquabis ipsum circa tucurbitam, paulatim augmentãdo, donec videris ipsum vitrum rubescere, sic vt velit fundi. Accipe ergo forcipẽ alicuius fabri ab anteriori parte candescentem, cum qua supremam vitri partem rubescẽtem stringes, paulatim candendo & vertendo forcipẽ: & sensim abinde abstrahendo, & videbis ipsum vitrum ab ea parte ita esse integratum: sicut est in alijs. Post hoc ergo ignis est parum amouendus & leniẽdus, forma & modo, ita q; fiat sensim donec vas ipsum plane sit infrigidatum, quia si post extẽsum calorem frigus repentinum succederet, statim rũperetur, & ita omnis labor industria & impensa foret superuacua. Ideoq; non parua diligentia ignis est minorandus, & ipsum vitrum infrigidandum. Hoc itaq; modo potes custodire instrumentum siue vas reclusum, quantum volueris. Quando autem ipsum volueris reserare, habeas filum sulphuratum, cum quo collum vitri sex aut septẽ vicibus circundabis, & accendatur ipsum sulphur paulatim cum candela cerea, & dum totum filum adustum fuerit, ipsum vitrum rũpetur. Amoue ergo collum & impone vel extrahe quicquid volueris. Aut habeas tria vel quattuor instrumenta ferrea, longitudinis duorum cubitorum, vel pauloplus, in quorum extremitate sint duo annuli, quorũ vnũ exhis: quod magis ad hoc aptum videtur collo vitri impo



natur, & modico elapso tempore, ipsum vitrum rumpetur, & hoc modo poteris abscindere parua vel magna vitra, vt volueris, & erunt adeo eq̃tim abscisa, sicut si cum aliq̃ serra adempta fuissent. Quorum forma est hæc.

De

De modo diſtillandi acetum & vrinam humanam, in quibus omnia metalla calcinata reſolui poſſunt. Caput. xxi.

IN ſuperioribus capitulis huius operis diximus, in aceto diſtillato ſolui poſſe ſolem & quō etiā per ipſum quinta eſſentia ab ipſo plumbo & anthimonio extrahitur. Neceſſarium eſt ergo pro tyrunculis, modum diſtillandi deſcribere. Eſt enim quiddam magni deſcriminis inter diſtillationem aquę vitę, & aceti. Quia in aqua vitę ſubſtantia melior primo diſtillatur. In aceto vero vltimo. Ita ꝙ aqua ſiue flegma in vino ſit poſterius, in aceto vero anterius. Et ideo quum melior ſubſtantia aceti per diſtillationem ad receptaculum dilabitur, habeas optimum acetum: quod habere potueris, ponatur in cucurbitam, ſuperimponēdo alembicum, & diſtilletur per cineres, vel in balneo mariæ, cū igne lento, donec nulla plus aqua egrediatur. Poſtea guſtetur ſepius atq; ſepius ſuper linguam, ſi fortificatur in acetoſitate, cum quodammodo mordacitate aliqua, tunc tempus eſt amouendi receptaculum, & aliud in locum ſuum ponatur, quod ſit bene lutatum, & ignis parum augmentetur. Quumq; videris paruas lineas albas, quaſi nubeculas in alembico: diſtillabis vltra: donec ſpiritus egrediantur, quorum vaporoſitatem videbis eleuari in ſupremitate cucurbitę, & egredi ex alembico in ipſum receptaculum. Sed quum videbuntur tibi guttæ ſanguineæ in alembico, iterum aliud receptorium anteponat, & tantundem diſtiletur, donec tota materia ſanguinea ſit in receptaculum egreſſa. Et hæc materia valde eſt fetida, combuſtionem olens, & ideo hoc acetum non eſt bonum ad reſoluendum. Solem calcinatum, pro faciēdo aurum potabile, ſed bene pro tingēdis metallis, quia fetor ille combuſtionis adhereret ſubſtātię. Solari ex qua potius aurum potabile corrumperetur ꝙ melioraretur. Si vero volueris diſtillare vrinam humanam, in qua poſſunt reſolui folia auri, vel etiam aurum calcinatum, ex quo ipſa vrina ita diſtillata poteſt extrahere colorem, ad faciēdum aurum potabile, iam multoties prenominatum, quę etiam habet maximam vim ad podogram, dū pedes omni die duabus vel tribus vicibus ex illa illiniantur, & de ſemetipſis exiccentur. Valet etiam ptiſicis, & multis medicinis accommodari poteſt quas breuitatis cauſa omittemus, dum etiam non ſit hic noſtri propoſiti itaq; diſtillabis humanam vrinam tali modo. Accipe vrinam hominis ſanguinei vel colerici ſani, bibentis bonū vinū, q non dū trigeſimū quintū annū exceſſerit. Diſtilleſ quattuor vicibus per alem, in balneo mariæ.

ad podagram

Ad ptiſim.

Poſtea

Postea circuletur in pellicano ꝑ dies quadraginta, & vsui reseruetur. Alij septies distillant, & melius.

De modo distillandi mel quod ipsum aurum potabile ingreditur. Cap. xxij.

MEl (teste Plini) a greco vocabulo dictũ μελῖθ, quod est cera, vnde μελιεθσ. i. mella, & μελῖται siue μελιασει hoc est apes. Optimum autem mel est, vbi optimorum florum abundat copia. Ponũt autẽ greci multa & varia genera mellis. inter quæ tria sunt principaliora. Vernũ scilicet, quod mel anthinum vocant, eo ꝙ ex floribus faui construantur, q̃s græci, dicunt. Mel vero æstiuum vocant horeum, quia etiam omnes fructus æstiuos nuncupant horeos, quum id tempus per excellentiam ab eisdẽ appelletur hora. Tertium autem genus mellis est siluestre, eximiturq; post primos autumni imbres. Ericeũ id vocant, ab Erica frutice, quæ & si sarum dicitur: quæ herba eo tempore sola floret in siluis, ideoq; melli nomen prebet. Sed quia apud nos nec ipsum mel Atticũ, nec præscripta inueniuntur genera, accipiendum est de nostrate, meliori quod inueniri potest, & hoc debet esse rubicundum, spissum, & nullam in se habens aquositatem, imponatur in caldare, vl' in capsiam ferream in quantitate qua volueris: addatur aqua fontis puri, in quantitate mellis, & coquatur super lentum ignem, semper spumas colando, vsq; ad consumptionem aquæ, & hoc fiat per nouem vices. Postremo vero coquatur, donec in spissitudinem propriã mellis reducatur. Exinde circuletur in balneo Mariæ, calefacto in primo gradu caloris, per dies quadraginta. Quo facto, imponatur in cucurbitam, quæ sit longior & altior q̃ in alijs materijs distillandis, & sit de terra ab intus vitreata, ponatur in balneo Mariæ distillando per alembicum. Et si forsitan mel ipsum velit ascendere, habeas pannos madefactos frigidos, qui circum cucurbitam voluantur ab intus per alembicum: & exibit primo aqua clara, quæ debet reseruari segregatim, quia valet ad elongandum & colorandum capillos. Post hoc exibit aqua citrina & aurea cum oleo, & hanc iterum segregatim custodies.

Et hæc aqua secunda habetur apud quosdam cyrurgos loco balsami artificialis. Valet enim ad loca interiora lixanda & cyrurganda, & ad plagas profundas mundificandas, & etiam ad crines colorandos.

Tertio

Electus modus faciendi aurum potabile.

Tertio vero & vltimo diſtillabitur per cineres, & exibit aqua rubicunda declinans parum ad aliquam nigredinem, & valet ad mundificandū & incarnandum plagas. Si ergo de priori aqua volueris habere maiorē quātitatem: pona ipſa aqua prima ſuper feces ſuas: & diſtillabis, ſicut prima vice feciſti. Et quamlibet aquam vel oleum ſeparatim in phiala ſua reclu des, & cuſtodies.

De auro potabili communi. Caput. xxiij.

Verum in ſuperioribus capitulis tractauerimus de modo, quin tam eſſentiam de omnibus rebus quæ formam habent & ſpeciem: extrahendi: quæ maxime ad aurum potabile confician dum adminiſtrātur, videbatur nobis non inoportunum fore ſi pauca de modo & vijs varijs faciendi aurum potabile, per quod vita humana quaſi a corruptiōe, ſcilicet ad terminum ætatis nobis preſcriptū conſeruaretur, diſſereremus. Varij enim operātur varie, & quiſq; ſuum laudat, cuius laudabile non ſit. Quatuor enim modos principaliores inuenio, per quos antiquitus aurum in ſubſtantiam potabilem redigebatur. Tamen ne aures thyrunculorum tenues obtundam breuiorem declarabo viam, & communiorem Ruſticorum, enim eſt adagium, trita ſemita non poſſe aberrare. Monſtrabo itaq; viam ſatis tritam & vſitatam, ex qua optimam poteris habere practicā. Eſt etenim ſecretū ab ipſa quinta eſſentia extractum, in quo philoſophi antiqui maximum habentes laborem, tamen omnia nobis occultarunt ex ratione, quia habet virtutem occultatam (quam diuina prouidentia ei indidit) per quam iuuentus ipſa venuſtatem & robuſtatem amiſſam poteſt recuperare, per quam etiam tota ſenectus abigitur, non tamen ex eo gradu in quo eſt, ſed repreſentat hominem antiquum eſſe iuuenem, ſi de eo vtatur, vt infra copioſius docebitur. Et hæc eſt ſubſtantia & materia prima, in qua veteres philoſophi tātum laborauerunt, vt poſſent aliquo modo ſubſtantiā & naturam humanam a corruptione præmatura conſeruare. Omne enim genus hominū (teſte Stagirita philoſopho) cupibile eſt, poſſe a corruptione præſeruari. Sed a deo optimo maximo præſcitum atq; predeſtinatū eſt, ſemel nos debere mori. Vnde Cordubenſis noſter Seneca non illepide ait, nil certius eſt ſe morte, & nil incertius hora mortis. Et diuus Paulus, Statutum eſt omnibus ſemel mori. Nonne (vt diuus ait prophera) oēs in Adā morimur. Impoſſibile ergo eſt, poſſe nos inuenire materiam corruptibilem, quę a corruptione nos præſeruet: quum nihil ſit ſub cœlo (teſte Ariſtotele) quod corruptionis ſit expers. Ideoq; nobis inueniendum eſt aliquid incorruptibili vi cinum. Cenſeoq; quamplures in hoc laboraſſe, vt eternaliter viuerent, qui

ſcripſerunt

ſcripſerunt, ipſam quintam eſſentiam eſſe adeo perfectam & incorruptibilem, vt ei nihil deſit. Hoc quidem eſt falſiſſimum. Nam ſi eſſet adeo perfecta, vt nihil ei deceſſet, faceret nos eternales, quod eſt contra voluntatem dei: vt iam ſepius dictum eſt. Poſſumus tamen inuenire viam & artem, prolongandi vitam noſtram vſq; ad terminum nobis præſcriptum, dum modo timeamus & veneremur deum, vt iuſtum eſt & dignum, regimenq; habeamus, quod vitæ noſtræ non ſit incommodans. Ideoq; Ioannes de Toleto & Hugo, ambo Cardinales, fecerũt aurum potabile in hanc viã, quoquidem ſemper in omnibus eſculentis vtebantur, & pro theſauro abſcondito habebãt. Et hoc ſic fit. Primum & ante omnia habeas aquam, in qua poſſit diſſolui aurum, & argentum, & omnes lapides precioſi. Et hęc fit hoc modo. Accipe ſalis amoniaci, ſalis nitri aã lib. i. conterãtur & puluériſentur in mortario. Poſtea adde ſulphuris viui. ʒ. i: Mercurij ſublimati. ʒ. i. conterantur, & miſceãtur omnia ſimul: Quo facto, accipe de dictis rebus puluériſatis inpondere. ʒ. iij. diſtilletur cum igne lento, in fine ipſum augmentando, ſicut fit in aqua forti, quia ipſa aqua cum magno impetu egredietur. Et fac, vt poſſis habere libram vnam dedicta aqua, quam reſerua in vitro cum collo ſtricto, bene reduſo.



Et quando voluerís facere aurum potabili. Recipe de auro finiſſimo. ʒ. ij vel. ʒ. i. vel quantum libuerit, potes enim facere ad placitum. Malletur in laminas tenuiſſimas, & quantum poteris ſubtiliſſimas. Et pro vna parte auri capias partes tres mercurij, qui nondum fuerit ſublimatus, calefiat in crucibulo vel tigillo, donec fumeſcat. Deindefiat amalgama, in modum pultis, & tam diu amalgametur, donec omnia bene ſimul incorporentur. Quum autem fuerit bene amalgamatum, fundatur in aquam frigidam. Poteſt etiam fieri amalgama cũ pinguedine quę in bombardis remanet, poſtq; ſepius extorſa fuerint. Quum enim fuerit materia liquefacta: debet fundi in bombardam, & hinc & illinc agitando optime amalgamari. Et

hoc facies toties, agitando & concuriendo, donec pulti aſſimiletur. Poſtea ponderetur, & tantundem de ſulphure viuo accipias, quantum ponderabit mercurius & aurum, iterum in vrceum imponendo ſuper ignem, & tãtidem agitando, donec totum ſulphur comburatur. Poſtq; autem ab igne fuerit extractum, iterum conteratur & miſceatur ſimul: ponendo ſuper prunas, donec rubeſcat. Quo facto: deponatur ab igne: & inuenies aurũ tuum optime & ſubtiliſſime calcinatum. De hoc ergo aureo puluere capies ʒ.ij. & de aqua prædicta ʒ.i. & imponatur in vitrum: cum collo longo ipſum orificium optime claudendo, vt nullus vapor vel ſpiritus poſſit exhalari, & in ictu oculi ipſum aurum fundetur: & in aquam puram conuertetur, citrini quidem coloris, vt etiam, ſi humana cutis cum ea tingatur: appareat eſſe rubicunda. Et cum tali aqua pennæ colorantur in colorem rubeum. Ex quo etiam euenit, vt multæ res diuerſæ in eam impoſitæ: diuerſos acquirant colores. Nam ſi in prædictam aquam impoſueris limaturã argenti: vel argentum calcinatum: aqua ipſa colorem cœleſtem nanciſcitur ex q̃ capilli & crines equorũ vel aliorũ animaliũ poſſunt tingi in colorẽ cœli. Si vero impoſueris argentũ calcinatum: cũ totidem mercurio: conuertitur in colorem nigrum omnia tingens quæ appoſueris. Si autem cuprũ aduſtum impoſueris: in viridem colorem mutabitur: & tali proportione crines fiunt virides: & omnia alia, quæ cum tali aqua tinguntur, & per conſequens poſſit habere multos & diuerſos colores ex diuerſis ſubſtantijs ſimpoſitis, quæ omitto, ne tedium lectoribus ingeram. Iſta enim aqua nõ fit ad colorandum ſiue tingendum, ſed potius ad reſoluendum aurum, argẽtum, & omnes lapides preciosos, vt in ſubſtantiam potabilem poſſint conuerti, & hoc eſt maximum ſecretum in medicina. Eſt etiam hæc aqua reperta propter hoc, vt leproſi poſſint cum ea lauari. Curat enim omnem paleariõnem. Et ideo dicunt aliqui, q̃ poſſit ab leproſis bibi, quod medicinę cõſultioribus relinquo. Ego etenim cenſeo id horridum, & a natura quantũ
ad leprã cunq; corrupta alieniſſimum, cauſa receptę veneno ſæ. Nam vides aperte in eam ingredi mercurium ſublimatum: ſal armoniacum fixum, & aquã fortem. Propter quod eſt maxime horrendum. Quũ ergo volueris vt operetur hoc aurum potabile. Recipe aquam fortem ſeparatam a ſuis fecibus prædictis, in quo reſoluatur aurum, & poſt diſtilletur per alembicum igne lento.

Et hoc fac toties, donec ipſa aqua ſeparetur ab auro, & in fundo remaneat ſicut aliquod butyrum. Accipe poſtea pimpinellæ libram ſemis. Cameadreos genciane ana ʒ.i. conterãtur omnia optime, & ſuper infundatur de aqua vitæ bene rectificata. Ponantur in vitrum per diem & noctem, optime



me claudendo ipsum vas. Postea distilletur per filtrum. Quo facto, misceatur cum prædicto auro simili butyro: & statim conuertetur in aurum, habens colorem optimum: sicut color croci. Habet etiam in se quandam dulcedinem, sicut mel vel zuccarum, & hoc debet sumi in cibo vel potu quando volueris. Natura enim optime per id sustentatur. Facit etiam bonā memoriam. Si vero leprosus ex eo lauetur, mirabiliter et proderit, similimodo etiam paraliticis. Est enim spiritus ad recuperandum omnem calorem amissum. Et hoc modo omnes lapides preciosi possunt in formam potabilem redigi: sed non debes imponere mercurium, sed saltem sulphur. Et ideo de quolibet lapide pretioso poteris capere: & ipsum optime pulueriſare, & post hoc rantum de sulphure depurato immiscebis, & simul omnia optime conterantur, & in puluerem subtilissimum redigantur. Postea ponantur in tigillo super prunas, donec sulphur accendatur, & totum comburantur, & omnis fetor a tigillo receserit. Deinde iterum super marmor

teratur subtilissime, apponendo tantundem de sulphure depurato, sicut prima vice: & iterum aduratur vt supra. Et hoc etiam fiat tertia vice ipsū puluerisando subtilissime, & erit præparatū. Cape dehinc lapidibus prædictis, ita purgatis & mundificatis. ʒ.ſʒ. & de aqua forti prædicta. ʒ.iij. imponantur in simul in vitrum cū collo longo & stricto, bene ipsum dando, & statim lapides soluentur. Quumq; fuerint soluti, aperiatur vitrum: ita q; aqua fortis euaporet: & totam substantiam & vim amittat, & videbis lapides præciosos in fundo sicut butyrū, de q̄ opa bere priori modo, sicut fecisti de butyro aureo, & si addis de aqua vitæ, & de speciebus prędictis, habes verum aurum potabile, quod habet multam operationē in varijs & grauissimis egritudinibus.

De auro potabili absq; aqua forti. Cap. xxiiij.

NOTA.

Non tetigerat. Hoc facere.

POteris etiam facere aurū potabile absq; aqua forti, & hoc magis conuenit medicinæ, q̄ illud de quo iam dictū est, dum tuum aurum soluēris per aquam vitę ad habendam vim suam de lapide hoc, qui dicitur philosophicus qui fit ex quinta essentia per separationem quattuor elementorum, sicut iam supra sepius est auditum. Habet enim ipsa quinta essentia tantam virtutem, vt quicqd in eam immiseris eius ad se efficaciam & vim attrahat. Dum enim carnem mortuam a corruptione conseruet, quanto magis carnem humanam adhuc viuentem, & in qua est spiritus vitæ. Digerit quoq; omne indigestibile, & omne digestum per naturam suam educit. Et ideo omnes malos humores & coplexiones naturæ humanæ contrarias, a corpore expellit, quum non sit elementum, sed subtilissima substantia ab elementis extracta. Et quoniam ipsa quattuor elementa sunt corruptibilia: oportet ergo habere substantiam in in corruptibilem, vel incorruptibili similimam, & hoc est ipsum quintū esse in quo potest resolui aurum: & omnis eius vis extrahi. Aurum enim nullam corruptibilitatem patitur ab ipsis quattuor qualitatibus: nisi artificiose, non autem per naturam. Quis enim vnq; vidit ipsum aurum in aqua putrefieri. Quis ab igne comburi. Quis ab terra eruginem attrahere. Quis denicq; cognouit ipsum ab aere posse consumi. Sed hæc in omnibus alijs substantijs sunt possibilia. Ideoq; cum aurum ipsum quintæ essentiæ apponitur & admiscetur, potabile appellatur. Ideoq; magnæ scientiæ est, inuenire modum subtilem, ad resoluendum aurum, & in formā potabilem redigēdum, ne forte, quum putares te fecisse aquam vitę, aquā mortis faceres. Hoc ergo aurum potabile debet fieri cum aqua vitæ recte & debite, vt decet, rectificata, abstractis quattuor elementis ab ipso vino

in quo

cum aurum sit naturæ incorruptibilis, oportet vt in aqua potabili resoluat habere aquam extracta a 4 elementis in quibus omne corruptibile est inclusum. in aqua est quedam natura incorruptibilitatis. Sum rum in aqua potabili. resolui / cum sit intra collocatum. Vt animetur. / Hoc propter fit cum ipsa Terra ex qua omnia elementa segregatim separari. / Sine ipsa non potest fieri, ut aurum in aqua potabile resolui, quia hoc est — s. sol ipse, in qua resoluit aurum, propter suam incorruptibilitatem, cum sit extranea ab eo

in quo latent. Ne etiam facias sanguinem humanum, materiam pessime & fetide olentem, quia ibi vires suas perderet: & attraheret omnem fetorē ex oleo sanguinis humani. Et si non fieret ex ipsa terra, ex qua lapis philosophorum componitur, non posses resoluere ipsum Solem. Qui, aūt putares facere aquam igneam, id planeforet absurdum & nociuum vtenti, & ideo non curabis, si sit modicum de hac terra, quia quantumuis modicū maximam habet virtutem. Caueas etiam, ne terram alienam accipias, sicut faciunt aliqui, qui capiunt calcem, alij vero cineres salicis, alij tartarum adustum, alij denicq; cineres vitium, sicut iam supra copiose enarrauimus. Et cum hac terra aliena estimant se facturos aquam vitæ: quum non sciāt se preparare aquam mortis. Sicut ait Geber: esse terram & medicinam incompatibilem alterius mixtiōis, vt iam sepius diximus. Ista enim terra virtutem confert ipsi aquę vitę, dū fuerit ita facta, vt supra docuimus. Oportet ergo habere modum separandi quattuor elementa, vt possis facere veram aquam vitę: vel potius quintam essentiam, in qua potest resolui aurum duplici modo. Primo cum aqua vitę, quę virtutem suā ex lapide philosophorum attrahit. Secundo vero redigendo aurum in puluerem, siue calcinādo, vt infra docebit. Quū volueris ergo separare q̄ttuor elemēta ex ipsa aq̄ vitæ, siue ex vino, de q̄ fit aqua vitæ, oportet te accipe vinū quāoptimū & magna quātitate, ponēdo in multas cucur. ita vt possit bona quātitas in quamlibet cucurbitam ingredi. Et cum totum vinū fuerit distillatū, pones ipsum a parte, & flegma quoq; segregatim seruabis. Et vinum distillatum ponatur semper feces suas, & quum flegma ab ipsa terra tanq; a fecibus suis fuerit extractum, remanet in fundo ipsa terra. Quum ergo egueris terræ, quę est materia combusta, vt supra dictum est, optime laue-tur cum flegmate, vt iam monstratum est, vt nil de substantia combustionem olente remaneat, & per hāc ipsa aqua vitæ iustificatur. Est etiam alius modus subtilior. Quum ipsum vinum fuerit extractum a fecibus suis recipiatur flegma, cum hoc quod in distillatorio remansit: aquo vinū distillatum separasti, & in caldari tamdiu ad ignem temperatum coquatur donec in spissitudinem mellis liquefacti deducatur. Postea ab igne removeatur, & frigefiat: vsq; in diem sequentem & videbis lapillum quasi modo in fundo residētem: ita darum: sicut si esset sal nitrum. Deinde coletur aqua: & oleum supernatans & ipsum flegma super lapide vel terra prædicta fundatur, donec a fecibus suis darificetur. Hoc facto: secundario bulliatur: & infrigidetur vt supra. Et hoc fac toties, donec terra ab ipso separet. Deinde exiccabis ipsam in fumo reuerberatiōis: in vase mundo, quod in superiori parte sit apertum.

Modus separandi iiij elementa.

alius modus separandi iiij elemēta.

Et in hac fornace reuerberatoria tamdiu calcinabis: donec in substantiā

albissimam niui similem cõuertatur. Tamen ante omnia tẽperabis ignem: ne a nimio calore materia fundatur: quia si hoc fieret: magis alchimię q̃ medicinę conueniret. Et quum ipsa terra fuerit satis calcinata: ponatur in vitrum cum collo longo: super quam ponatur vinũ supra distillatum: quod debet a suo flegmate esse separatum, & putrefiat in balneo Mariæ: per duos aut tres dies: Postea per alembicum distilletur & videbis ipsam terram cum aqua in alembicum ascẽdere: sicut clarum cristallum. Et in hac aqua potest resolui purum aurum: laminatum in tenuissimas laminas. Melius tamen foret, si essent folia auri, quia facilius resoluerentur, & in substantiam potabilem conuerterentur. Fit etiam aurum potabile, separãdo quodlibet quattuor elementorum segregatim, & deinde extrahendo quintã essentiam, in qua poteris soluere Solem, & in aurum potabile permutare: Præsupponitur tamen, quod aurum sit in tenuissimas bracteas laminatum. Et ita quãdo spiritus, sicut anima a flegmate suo tanq̃ a corpore abstractus est per alembicum, ipsæ feces siue terra, quæ vltimatim in distillatorio remanserunt accipiantur, & quater tantũdem de suo flegmate, & imponantur in balneum Mariæ per dies nouem, donec bene putrefiant.



.1. rectificatum a fecibus suis,

VIDE FOLIO XXXV.

Postea distillẽtur per alembicum, & exibit oleum citrinũ. Et quando non poterit plus ascendere in alembicum, scias tria adhuc in distillatorio remãsisse elementa. Videbis enim ipsam aquam siue flegma exire clarum, aer autem in fundo remanet, sicut oleum aureum. Postea separetur ignis a terra, accipiendo quattuor partes flegmatis, & vnam partem terræ, & digeratur in Balneo Mariæ cum igne violento, & videbis oleum rubicundum, in quo est elementum ignis & aquę. Et ita habebis quattuor qualitates separatas, quas reduces tandem in quintam essentiam, ita q̃ terra calcinet in fornace vitrearia per tres hebdomadas, deinde supfundes flegma, & digeres septies, & toties distilabis. Et ita habebis aquam solis, in qua poteris resoluere Solem subtilissime laminatum. Et scias, q̃ quanto plus vltra septem vices de terra sua, quam etiam diximus lapidem philosophorum, distillaueris, tanto nobilior, præstãtior, virtuosior, & efficacior erit, ad resoluendum. Et quum in hac aqua volueris resoluere Solem, habeas folia auri subtilissima, & ponantur in vitrum cum collo longo, & quum habueris

aqua Solis.

Separatio Vera 4or elemẽtorum.

Nota & ex hoc vtabis.

vnam

vnam partem de auro, superinfũdas tres partes de ipsa aqua vitæ, quę de terra prædicta per septem vices sit distillata, & ponatur in balneũ Mariæ donec resoluetur. Et ita potest fieri aurum potabile, ad sustentandam naturam humanam: & omnes egritudines expellendas, & ad faciendum hominem reuiuiscere, cum a quodam medico censeretur mori: & ideo omni tempore habeas tecum. Notandum est etiam, qualem habeat virtutem ipse lapis: per quam operatio aquę completur, quia spiritus vbi vult spirat. Et ideo quicũq; hanc artem ignaris ostendit & manifestat, est maledictus. Qui vero doctis & sapientię amatoribus: hic lauro est coronãdus: hic cedro digna locutus. Et multi hanc scientiam quæsiuerũt, sed pauci eam inuenerunt. Quum ergo habueris quattuor elemẽta separata quodlibet singulorum reseruabis. Nam quodlibet singularem habet operationem. Et oleum quod ab aqua rubicunda separatum est per elemẽtum ipsius ignis optime cõducit adolescẽtibus, & eos in vigore: robore, venustate, & pulchritudine corroborat, nec patitur aliquem sanguinem putrefieri, omnẽ etiã coleram educit, & flegma omne expellit. Est quoq; maxime generatiuum sanguinis & spermatis. Ideoq; quicũq; voluerit eo vti, sepius debet fleubothomisare, quia alioqui venas penetraret. Et si homo ante trigesimum annum eo vtatur maxim opere crescit, ita ꝙ omnes mirentur. Valet etiam ad visum recuperandum, dum omni die vnam guttam in oculum immittas: per spacium vnius mensis. Conducit etiam maximopere ad auditum perditum. Elementum aũt ignis est ipsa aqua rubicunda, quę de oleo antecedenti est distillata: Et hoc ad oĩa suprascripta valet. Et ex senibus facit apparere iuuenes in colore. Debent aũt eo vti cum modico aquę vitę senis sed iuuenes cũ optimo vino. Tollit oẽs egritudines senectutis, & ideo appellatur Elixir vitę. Et hoc est maximum secretum in medicina, quod nũquam ab aliquo medicorum tractatum fuit, sed bene ab ipsis philosophis Qui aũt medici de ea reticuerint, id ideo arbitror euenisse, quia habet quãdã acuitatem, quã de terra siue de lapide philosophorum attraxit, & ideo non conducit vtẽtibus, est tamen securius ꝙ id quod fit per aquam fortẽ.

igit omni tempore secũ habe.

Aeris virtus.

Efficacia ign.

Elixir vitæ.

De auro potabili absq; terra vel aqua forti. Ca. xxv.

MOdus autem faciendi aurum potabile absq; hac acuitate lapidis vel aquę fortis, sic est. Accipe mel & guttas gutratim super marmor funde, addendo & superimponẽdo ipsa folia auri, sepius terẽdo, sicut sicũ auro velis scribere, ita vtnil penitus de auro appareat. Et cũ triueris ita .ʒ. ij. vel. iij. de auro, sines ita stare ꝑ horas viginti quattuor. Poteris etiã addere de sale cõmuni præparato, sed non est necessarium, nisi vt citius materia teratur, Quũq; ma-

teria ita residerit per dictum spacium, ponatur in vas argenteum, vel in ciphum latum, superinfundendo de aqua tepida, distillata a melle: vel de aqua fontis distillata: & mel ab ipso auro separabitur. Si aũt imposueris sal, hoc mõ quoq; separabitur. Deinde colabis ipsum sal, superinfundẽdo aliam aquam distilatam desuper: & resideat: vt supra: & soluetur pari mõ vt dictum est. Et cum sal immiscueris, sepius ita facies q̃ si nullum immiscuisses: donec totum separetur & resoluatur. Deinde iterum superinfundas aquam: forma prædicta, & imponas in cucurbitam, distillãdo in balneo Mariæ, ita vt solum aurum in distillatorio remaneat: & q̃ sal & mel ab ipso separetur. Si vero non admiscueris sal, eo longius super marmor terendum est. Quando vero totum mel ab auro fuerit distillatum, superimponatur, & iterum distilletur, & hoc facies duabus aut tribus vicibus. Vltimo aũt, quando perfecte cognoueris: totum mel ab auro esse separatum, superimponatur de optimo aceto: ita distillato, vt supra docuimus, & sit de meliori vino, quod poteris habere, aut quod de vino cocto sit distillatũ & distilletur quattuor vicibus. Quum vero vltimo ipsum acetum distillaueris: ab ipso distillentur tres partes, & quarta pars remaneat in fundo distillatorij. Quia (vt supra dictum est) distillato aceti & vini, contraria sibi inuicem sunt. In vino enim melior materia primo, in aceto vero vltimo distillatur. Hanc igitur quartam partem, quæ in fundo remansit, debes fundere super ipsum aurum, & ita quiescat per tres dies, postea distilletur simul. Deinde totidem de aceto distillato superimpones: sicut in primus, sed oportet q̃ sit positum in fimo equino, vel in balneo mariæ. In hoc ergo aceto aurum subtilissime soluitur, deinde per distillationem iterum ab auro separetur in balneo mar. Postea superinfundatur flegma de aceto distilato, & iterum ab eo distilletur in balneo mariæ, & demum flegma super infunde de flegmate, & distilla iterum pari modo. Et hoc fac toties, donec ad numerum septanarium perueneris. Postea quum fuerit septies distillatum: imponatur de aqua vitæ, & iterum per distillationem separetur. Vltimatim vero superinfundes aliam aquam vitæ: quæ nullũ in se habeat flegma, & ab eo pari mõ sequestretur, & hoc fiat duobus modis. Et hac forma distillabis subtilissime ab ipso auro mel: acetum: & flegma: vna cum aqua vitæ: & est optime digestum & preparatum, ad soluendum in digestiuo vel circulatorio in ipsa aqua vitæ: quæ est quinta essentia. Quum autem volueris facere aurum potabile. Accipiatur de prædicto auro resoluto: & supra scripta aqua vitæ superinfũdatur, cuius duodecim partes a lapidis philosophici vna sint distillatæ. Et ponatur ad circulandum in balneo mariæ: per dies quadraginta, vel diutius. Et ita resoluet aurũ in aquã citrinã Sed quum omnia ad æquum sint iudicanda, habet in se quandam mordacitatem vel acuitatem ex ipso aceto distillato & quinta essentia, quæ est distillata

ſtillata per ipſum & de ipſo lapide philoſophorum. Et per hunc quaſi per aquam fortem poteſt ſoluiarum, non tamen eſt ita nociuum, ſicut fieret p aquam fortem, licet quidam ſint eius opinionis, vt cenſeant hominibus ſanis non eſſe valde vtile. Aliquando enī videmus aliqua vtilia eſſe egrotis, quæ ſanis poſſunt incommodare, & hoc fit propter violentiam & infectionem naturę infirmi. Sed quum ipſum aurum potabile debeat potari ab ſanis, vt in ſanitate priſtina conſeruentur, noſtri recentiores philoſophi acceperunt prædictum aurum ita puluerizatum, vt iam auditum eſt, qđ præparatum ſit abſq; quinta eſſentia acti diſtillati, ſuperinfundendo veram & rectificatam aquam vitæ ab omni ſtegmate ſuo ſeparatam abſq; prædicto lapide per tres aut quattuor vices, iterum ſemper ab eo diſtillando: ita q; ſemper in fine diſtillationis quoddam humidum de auro remanſit. Vltimo vero hoc ipſum humidum acceperunt in vna parte: & de quinta eſſen. partes duodecim: & poſuerunt in cucurbitā, ſuperimponendo alębicum cecum, & circulando ad minus per dies quadraginta in balneo Marie & habebis quoq; verum & iuſtificatum aurum potabile, ad preſeruādum ſanos ab infirmitate, & ad liberandum egrotos a morbo. Poſſet tamen ex tali potu aliquod incommodum oriri ex ratione, quam in ſupra ſcripto capitulo nono allegauimus, quia in longiquo tempore ſtomachus humanus poſſit ex hoc deaurari, per quam deaurationem poſſet perdere ſuam conſuetam digeſtionem, ex quo quantum ſtomacho incōmodi poſſet oriri: quiſq; etiam minime medicinę gnarus facile dijudicare poteſt.

Qua ex ratione moti, potius commodare ęq; nocere hominibus velimus. Et licet a pleriſq; huius ſcientię peritioribus poſſim inſectari, q tantam ſcientiam omnibus in vulgus propalarim. Hoc eo factum eſſe eiſdem reſpōdemus: vt omnibus eque prodeſſe velimus quum dicat Salomon, abſconditam ſapientiam & abſconditum theſaurum nihil prodeſſe. Ideoq; veriſſimam viam faciēdi aurum potabile pro ingeniolicapacitate docebimus ęq; mediusfidius non ſit bene decens, tantum theſaurum reſerare, tamen id magis prodoctis & bonarum artium amatoribus, quā pro ignaris editum eſt. Ideoq; velim omnes precari, ad quos hoc opuſculum noſtrum uenerit, vt ſi quid ſecretioris (quod indoctis propalare nec æquū eſt) dixerim: quam forſitan dicendum foret, equo animo conſulant. Nam quum diu noctuq; hoc Ciceronianum mihi obuerſaretur, non nobis ſolum natos eſſe, ſed & partem de nobis ſibi vendicare, & partem amici.

Quumq; ſapientiſſimus Salomon dicat Abſcondita ſapientia. ꝛc. Statim igitur hunc librum, vt & patrię & parentibus meis honori & vtilitati foret, in lucem edere voluimus. Licet enim pro indoctis æque ac pro Doctis ediderimus, non etiam tñ abs re id factum eſſe quiliber inuidus ſciat, quum ſummus omnium creaturarū genitor atq; pater æquo lumine ſolari, &

nota dictum ſalomonis

lari,& probos & improbos viſiter. Maledictus enim eſt qui propriã vtilitatem,reip.commodo preponit. Et q̃q̃ ab imperitis poſſit floccipiendi, ſcio tamen non nullos dictorum meam paruam operam vſq; in cœlum elaturos. Ideoq; veriſſimum aurum potabile te docebo, cui meę opinioni nullus noſtratium philoſophorum refragari poteſt, dum rationes naturales hinc infra poſitas perſpexerit: Scio enim alium inter alchimiſtas, & alium inter medicos eſſe ſermonem. Sed quum certum pro incerto, proficuum pro nociuo ſit eligendum: ideoq; ipſis adherebo medicis, quũ Marſilius Ficinus dicat: nullum vnquam antiquorum philoſophorũ ſequutum fuiſſe viam hanc faciẽdi aurum potobile, quam noſtrates philoſophi nunc ſectantur. Quis enim dubitet de ſole, quem in aqua forti reſoluunt quis dubitat de mercurio, cum quo amalgamiſant (vt eorum vtar vocabulis) quin non ſint nociua. Nemo hercule, nemo niſi talpa fõret cecior. Licet non inficier, ea poſſe ingredi in aurum potabile, pro egrotis, ſicut ſunt leproſi, venenum enim veneno pellendum eſt: Sed mediusficius non conſuluerim eiſdem vti, quum maxime (vt quilibet etiam mediocriter doctus coniecturari poteſt) ſint corroſiua. Simile eſt de hoc quod per acetum diſſolatum, vel quod per lapidem reſoluitur. Non tamen eſt adeo nociuum, ſicut hoc quod per aquam fortem diſſoluitur, tamen habet quiddam vehementis acuitatis quam ipſa quintæ eſſen. a lapide ſuſcepit. Si vero hęc ratio minus ſufficiens videretur quibuſdam, vlterius poteſt probari per dictum Galieni, qui dicit naturalem ſubſtantiam alicuius vehementoris motus, eſſe incompatibilem. Cui & Ariſtoteles aſtipulat. Quod ita eſt intelligendum, hoc aurum potabile: de quo ſupra fecimus mentionem, non poſſe fieri, niſi per ſuperfluam naturam igneam ipſius quintæ eſſen. quę quidem natura ignea, quum vltra ſuum debitum terminum ſit ſublimata, ſoluit Solem citiſſime. Ideo mea opinione, talis ſuperfiua ignetas magis incommodat humanæ naturæ, q̃ prodeſt. Et hinc non abs ratione inuẽiendus eſt alius modus ſubtilior per quem aurum in ſubſtantiam potabilem poſſimus redigere. Deinde ſi forſitan neceſſarium foret, ſupra ſcriptum aurum potabile poſſit adiungi huic, ſi aliqua infirmitas hoc exigere inquantum ſit neceſſarium egroto: tamen ſemper adiungendum eſt de auro potabili ex cordialibus ſicut lapidibus, aut margaritis, & ceteris eiuſdẽ generis, licet non dicatur aurum potabile, quum nullum aurum in eius cõpoſitionem ingrediatur, poſſit tñ ita nuncupari: ob excellentiſſimam eius virtutem, & celerrimam operationem. Interdum tamen hoc ſolo vti licet. Aliquando vero mixto cum alio quum volueris celerrime operari ad penetrandum, quia aliud non habet talem virtutem. Interdum etiam ipſum cordiale in vſu habere poſſumus, admiſcendo de alio, ſicut egrotantis infirmitas poſtulabit. Et hæc eſt forma vtendi Auro potabili.

Anteq̃

Anteq; aũt ad ipsius compositionem perueniam, probaboan sit possibile vel non. Primum ergo, & ante omnia philosophi probant & collaudãt ipsum aurum, ea ex causa, q; inter omnia metalla est naturæ temperatæ, assimulaturq; soli propter eximium suũ nitorem & colorem. Appropriatur etiam ioui, propter temperiẽ. Ideoq; calorem naturalem cũ frigiditate mirabiliter potest temperare & moderari: & humores ipsos conseruare ab interitu & corruptione: ideoq; virtutem solis & iouis illi attribuimus, quorum est officiũ, attribuere ipritũ vitalẽ membris interioribus. Hinc philosophi ipsi probant, nullum rem esse aptiorem ad vitam humanã aliquãtulum a corruptione conseruandam, q; substantiam subtilissimam & durissimam quasi incorruptibilem, quæ ad interiora penetrat mẽbra. Hinc ipsum aurum subtilissime laminatum, & cũ speciebus cordialibus admixtũ, in puluerẽ est redigendum. Propterea dicit Ioan. de rupescissa nos oportere habere considerationem ad operãdum possibilia, & impossibilia subterfugere. Videmus enim plura mirabilia de calibe, plumbo, ferro, stagno & argento, quin existimemus maiorem esse efficaciam in preciosiori, sicut est ipsum aurum. Videmus etenim (teste Auicenna) aquam ipsam, in qua candens extinguatur calibs, fluxum ventris restringere, & intestina cõgregata quasi simul connectere. Quod & in ipso ferro videre licet, Quãto ergo magis hoc credendum est de ipso auro: in quo nullum est corruptibile de quattuor elementis, sicut in ferro: calibe, & cæteris. Si enĩ ipse calibs virtutem habet constringendi, & quasi colligandi ipsa viscera & intestina simul, nonne videtur hoc in auro possibilius, quum sit purius: defecatius, incorruptibiliusq; ipso calibe. Secundo etiam potest probari ex ratiõe euidenti & experientia, quum ipsum plumbum sepius funditur in aquam, in qua lamina auri, vel calibis, vel ferri sit extincta: videmus ipsum indurescere. Et hinc possimus aperto cognoscere, ipsam aquã abstraxisse vim a materia, quæ in ipsa sit extincta. Econtrario etiam per quotidianum vsum experimur, q; si fũdatur plumbum in aliquam aquam, & deinde in eadem extinguatur ferrum, vel calibs, vel aurum, manifestissimum est, ipsum mollescere ex aqua, quæ a plumbo vim extraxit, quam mollitiem nõ habent ex ipsa natura. Itaq; sicut hoc de ferro & plumbo ex vsu quotidiano compertum est, sic etiam illud de auro. Et hic est verus modus apud philosophos naturales de auro potabili: sicut Marsilius Ficinus dicit. Non tamen q; corporea eius substantia bibatur, sed ipsa virtus efficaciaq; ex ipso per modum subtilissimum extracta. Quoniam omnino falsum est credere, ipsam materiam auri ingredi humani corporis compositionẽ, sicut pulcherrime probat prædallegatus Ficinus. Vel etiam q; corpori humano assimiletur, vel quod in substantiam potabilem conuertatur.

nota dictum Ioãnis de rupescissa.

De triplici vita li. i. & ij capi. x.

Oporteret

De auro pota. cum speciebus aromaticis.

Oporteret enim ipsam primo in sanguinem transmutari, post hoc in carnem, quod est impossibile propter suam duritiem. Et ideo sciendum est, ꝙ in q̃ꝫ pluribus rebus auri virtus humanum corpus confortat & sustentat, quæ quidem substantia materialis non ingreditur compositionem. Nam sicut ipse magnes per suum nitorem per quem aurũ ingreditur, id ad se attrahit, sicetiam ipsum aurum per suum eximium candorem, virtutem infundit aquæ, in qua extinguitur, per quam humanam corpus mirabiliter confortatur. Ideoq; qui aurum ita conuertunt in substantiam potabilem, per aquam fortem, vel (sicut supra diximus) per acetum distillatã, magis virtutem suam corrumpunt (quum eam ex ipso extrahere estimẽt) q̃ꝫ nobilitant.

De auro potabili cum speciebus aromaticis. Cap. xxvi.

Si autem velis facere aurum potabile cum speciebus simplicibus, quarum aliquę educunt superfluam humiditatem, aliquę vero confortant membra nobiliora. Ideoq; tali auro potabili vtendum est cum iusto & vero regimine & dieta, vigilandi: dormiendi: edendi, bibendi, replendi, euacuandi, Et hoc fit ita. Recipe optimi vini q̃d habere poteris libras triginta & duas: & ponatur in caldare balnei Mariæ, & tantundem distilletur, vt ad vnum cãtarum redigatur.

NO

intelligit in caldare, VIDE FOLIO. XV. sicut fit aqua cardeni.

fac.

Deinde accipe aliud vinum, & pari modo distillabis. Et hoc fac toties, donec habeas tringinta duas lib. vini distillati. Postea accipies omne vinum distillatum, & ponatur iterum in caldare, & distilletur toties, vsq; ad consumptionem medietatis. Deinde ponatur in cucurbitam & distilletur tãdiu, quo ad omnis substantia aquea recesserit. Postea distilletur in balneo Mariæ quater, & addantur post distillationem hæ species. Ligni aloes crudi, cardamomi, cubebarum recentium ana. ʒ. i. Cinnamomi, nucis muscatę: macis, zinziberis albi, macropiperis, granorum paradisi, sandali vtriusq; añ. ʒ. iiij. Hęc omnia subtilissime puluerisentur, & in vitrum imponantur, superinfundendo vinum distillatum, optimeq; vitrum claudendo ponatur in balneo marię per dies octo, superimponendo alembicũ, & distiletur igne lento, Deinde ponatur cucurb. cũ collo longo. Postea addãtur auri purifoliati. ʒ. ij gariofilatæ: ambrę bone ana. ʒ. i. Hęc identidẽ puluerisentur, & quum in cucurbitam posita fuerint, claudatur & ponatur in caldare, in balneo Mariæ per dies quadraginta & duos in continuo calore. Postea exaltetur ignis vsq; ad quartum gradum per spaciũ vnius horę,

& exi

& exibit aqua in colore auri. Et hæc aqua reseruetur ſeparatim, quia eſt ipſum aurū potabile. Deinde accipe libras quattuor de ipſa quinta eſſentia, & addantur auri puri, margaritarū, ambræ bonę, muſci, amomi, aniſi cardamomi maioris, zinziberis, cinnamomi, zedoariæ, macis, nucis muſcatæ, gariofilorum: croci orientalis, cubebarum, ligni aloes, turbith mundi albi, electi & bene gummoſi, agarici albi, quinq; mirabolanorum, foliorum ſenæ ana. ʒ. i. rauedſeni. ʒ. ij. & ſemis aloes ſuccotrini. ʒ. iij. Hæc omnia ſimul contrita, ponantur in balneum mariæ per vnum menſem integrum. Et quando volueris conſeruari aliquem in ſanitate, dabis ei in potū de prima aqua diſtillata, ʒ. i. Si vero homini maleſano & egroto, ad liberandum de infirmitate dabis ei de aqua prima ℈. i. & de aqua ſecunda ℈. ij. Si vero egritudo eſſet valde intenſa poteris ei dare de prima aqua ℈ ij. & de aqua ſecūda. ʒ. i. ℈. i. Et in hoc recepto eſt ſecretum ſecretorum, ad naturam humanam ſuſtentandam vſq; ad terminū nobis a deo præſcriptum. Et ideo dicit Auicenna. Recipe de lacia nigra, contundatur in mortariolapideo, & ſuccus quem expreſſeris, diſtiletur in balneo mariæ per alēbicum. Pari modo fiat de bugloſſa. Poſtea de qualibet aqua cape. ʒ. ſ. addantur auri puri optimi foliati grana. iij. bibatur ſobrie tribus diebus cōtinuis, corpore tū prius purgato. Valet etiam aurum predictum cōtra lepram, dum bibitur omni die. ℈. i. primi: & ſecundi. ℈. ij. cum aquæ caponis veteris diſtillatæ. ʒ. ſ. Lullius vero dicit, id debere bibi cum tali iuleb. Recipe Syru. agreſtæ, Syru. acetoſi ſimplicis ana. ʒ. ſ. aquæ bugloſſæ. ʒ. i. aquę cicoreæ. ʒ. ij. fiat iuleb, & detur leproſo cum auro prædicto. Ioannes vero de rubeſciſſa ait, q; ſi hoc aurum potabile ſumatur cū aquæ celidoniæ ʒ. ij. q; maxime cōfert ad omnes egritudines, principaliter ad febres ethicas & hydropicas. Et nota, q; ſi adoleſcens vtatur hoc auro ad minus duabus vicibus in anno debet phleubotomiſare. Senex vero poteſt omni die ſumere gutam vnam cum guttis quinq; quintæ eſſentiæ ſtomacho adhuc ieiuno, & per horam in tregram poſtſumptionem ieiunet: quia mirabiliter canitiem expellit. Cōfortat etiam cor, & cerebrum, & omnia alia membra principalia.

Ad febr. ethic. & hydro.

De auro potabili ex floribus cordialibus. Cap. xxvij.

DEſt inuauerimus, nil vltra de auro potabili ſcribere, ſed verus amor, quē erga oēs ſtudioſos habemus, quos ſcimus eſſe auidos, meliora & vtiliora legēdi cū hactenus ſcripta ſint. Ideoq; ne longis verborum anfractibus, eorum aures tenerrimas obtundamus: ipſum verum aurum potabile edocebimus, quod quidem nullus vnquam philoſophorum, quantumuis peritus, improbare poteſt: dicendo q; vllo mō ſit contrarium naturę humanę, quia poteſt

Nota &c fac.

dari homini in superextensa & maxima egritudine. Et maxime approbatur ab Arnoldo de villa noua: & a dicto Marsilio Ficino. Et licet nō magnis egeat expensis: non tamen ideo floccidendum est. Et hoc fit ita. Recipe buglossam cum floribus radice, herba: & omni substantia in die daro: dū tamen præcedenti nocte nulla fuerit pluuia Luna ipsa crescente: in bono aspectu Iouis & veneris, conteratur cum omni substantia; & digeratur in fimo equino per dies octo. Postea distilletur p̄ tres aut quattuor vices, semper distillatam materiam superfeces suas fundendo. Postea digeratur iterum in balneo mariæ per dies quattuor vel quinq̄. Pari modo capias quorq̄ boraginem cum omni substantia tempore & lunationibus, sicut debui glossa est dictum, semper feces ipsas puluerisando post distillationē: & materiam distillatam superipsas fundendo. Et idem fiat de celidonia & melissa. Et quum ab omnibus habueris aquam distillatam, forma & modo prędictis: misceantur simul per partes equales, & ponantur in vitrum cum collo longo: ipsum sistendo ad solem. Et hę aquæ optime reseruentur donec volueris eisdem vti. Quum volueris ergo facere aurum potabile: recipe de aquis prędictis insimul mixtis libram vnam, ponantur in vas terreum, ab intus vitreatum, & recipe laminam auri puri, non sophisticati ponderę, ʒ. xvi. vel plus aut sicut habere poteris. Sed quanto plus, tanto melius. Et prædicta lamina calefiat ad ignem: donec candescat, postea extinguatur in aquis prædictis toties, donec quarta ipsarum pars sit consumpta. Et ita sentit Marsilius Ficinus. Postea optime coletur per pannum lineum mundissimum, & imponatur in vitrum optime clausum. Dehinc accipe margaritarum puluerisatarum. ʒ. iiij. super quibus fundantur aquæ vitæ ex vino rubeo quater distillatę. ʒ. vi. ponantur in vitrum bene clausum, & ponatur in balneo mariæ per horas. xxiiij. & quum fuerit distillatum, segregatim quoq̄ custodies. Et quando cūq̄ volueris infirmo opitulari, quia medicis sit morti adiudicatus. Accipies de aqua, in qua lamina auri fuerit extincta. ʒ. ß. & de aqua vitæ cum margaritis. ʒ. i. & simul misceātur, dando omni vice egrotanti, & sex horis elapsis totidem, totidēq̄ duodecim horis elapsis. Si autem nimium calefaceret egrotantem, dabitur & cum Syrupo violati. ʒ. i. possit etiā capi de quinta essentia ex vino rubeo tali, vt supra docuimus, vsq̄ ad. ʒ. i. ß. in qua debet imponi auri puri foliati, non triti vel puluerisati. ʒ. i. & quinta essentia virtutem & colorem auri ad se trahet. Et hæc folia auri ita remaneant cum quinta essentia. Et quādo infirmo de aquis prædictis dederis: de hac essentia impones tres vel quattuor guttas. Vult etiā Marsilius: q̄ licet lamina auri in aquis prædictis sit multoties extincta, nihilominus tamen debere poni in ipsis auri folia. Ideo loco istorum foliorum auri accipies quintam essentiam quę iam vim ab auro suscepit. Et ita habes verissimum aurum potabile, quod est melius &

us & preciosius, q̄ si expēderes mille ducatos in exquirēdo vtilius & magis sumptuosum. Habet autem virtutem confortandi cor & omnes humores superuacuos consumit, optimum sanguinem generat & omne malum expellit, iuuentutem conseruat mirabiliter: vrinam prouocat, morbum caducum curat & maniacos, leprosos etiam nutrit. Sed caue, ne aurum alchimistrarum immisceas: quia magis noceret q̄ prodesset, vt ait Arnoldus, propter venenosas substantias, quę in eius compositionem ingrediuntur.

intelligit de sanguine fixo nō alchimie

De auro potabili ex quintæ essen. per lapidem. Cap. xxviij.

SI vis facere aurū potabile alio modo, Recipe de quinta essentia distillata per prędictum lapidem philosophorum, in qua imponantur folia auri, & ita soluantur in dicta quinta essentia, ita q̄ ex auro fiat quoddam liquidum potabile. Et hęc est mirabilis operationis ad vitam sustentandam, & omnes morbos expellendos, & ad hominem semimortuum refocillandum, & ad pristinam sanitatem reducendum, & eo perfectior erit, si imposueris duas partes de quinta essen. mellis, ita extracta vt supra docuimus. Ponantur in vitrum circulatorium ita q̄ de aqua vitę prędicta sit libra vna, & de quin. essen. mellis. ℥.x. foliorum auri. ℥.iiij. ipsum circulatorium optime daudendo in parte superiori, & lutetur cum cera tali, vt supra docuimus. Deinde ponatur in balneo Mariæ per quattuor aut quinq; menses, quia quanto plus circulatur, tanto melior efficitur substantia, & tanto etiam plus ipsum aurum solui tur, & cum materia alia incorporatur. Si vero nō possis habere folia auri, accipies tres aut quattuor ducatos, & malleabis subtilissime, sicut fit ab aurifabris quando volunt deaurare, sed tamen nihil est melius q̄ folia auri, si possunt haberi de bono auro ducatorum. Si vero non, & q̄ etiam nolles aurum ita malleare, hoc modo poteris ipsum in puluerem redigere. Recipe de auro meliori quod habere poteris, vel accipe aurum florenorum, affinetur & cementetur ita. Recipe auri partem vnam, anthimonij partes duas, parum de tartaro, fundatur insimul in tigillo, donec tota materia sit liquida. Postea fundatur in fusorium tale.

Modus aurū affinandi p cementū

Et semper agitetur, deinde sinas modicum infrigescere, & inuenies ipsum aurum in acie fusorij, & super hoc est ipsum anthimonium separatum. Et hic est optimus modus affinandi aurum. Et cum fuerint omnia infrigidata, rumpatur in acie aurum ipsum ab alia materia, & si non fuerit satis affinatum, iterum cum anthimonio fundatur, & fiat sicut prima vice. Poteris etiam affinare Solem per tale cementum. Recipe vitrioli romani vel loco eius cape salis nitri rubificati, salis amoniaci, vidiris eris, Boli armeni,

alius modus affinandi Solem.

pulueris laterum coctilium bene aduſtorum ana.ʒ.i. Omnia hæc optime pulueriſentur, & fiat paſta cum vrina humana, & fiat ſtratum ſuper ſtratum in quodam tigillo, ita vt in fundo eius ſit ſtratum de dicta paſta, & aliud ſtratum deſuper de floreniſ, & iterum ſtratum de paſta, & aliud de florenis: ſemper ita procedendo: donec totum aurū impoſueris, & in ſupremitate tigilli fiat ſtratum de paſta ſupra quo fiat aliud de calce viua. Et ſcito, q̄ nullꝰ florenus debet attingere alium. Et quum omnia fuerint ita impoſita, fiat ſuper tigillum cooperculū: q̄d



in medio habeat foramen cum acu factum, & optime claudatur tigillum vndiq; cum luto facto ex crinibus. Quo facto, fiat ignis de carbonibus in longitudine palmæ vnius remotus vndiq; a tigillo: per horam integram. Qua elapſa: fiat ignis parum propinquior per aliam horam, qua quidem effluxa iterum parum appropinquetur per aliam horam, vt ipſum tigillū attingat. Vltimo vero fiat alius ignis ſuper tigillum, vndiq; ipſum attingens, & duret quoq; per horam integram. Hora vero vltima preterlapſa, ſinas frigeſcere tigillum, & ipſum fragēdo, inuenies aurum depuratū vſq; ad extremū punctū vbi nihil remanſit q̄ materia puriſſima. Et ita poteris affinare aurum vſq; ad viginti quatuor gradus ſiue charatos. Poteſt etiā cementari per cementum regale viginti quatuor horis, recipiendo ſalis cōmunis præparati partes duas, & pulueris laterum coctilium partem vnā, fiat paſta, & incorporetur cum vrina humana. Vel ſi velis, poteris etiā affinare Solem per tale cementum, Recipe ſalis cōmunis bene præparati.ʒ.i pulueris laterum coctiliū.ʒ.ſʒ. vitreoli rubei.ʒ.i. mercurij ſublimati.ʒ.vi. pulueriſentur omnia ſubtiliſſime, fiat paſta cum vrina humana. Poſtea fac ſtratum ſuper ſtratum, ſicut in primo cemento eſt enarratum. Deinde fundatur aurum, & ſuper infundatur ſalis amoniaci.ʒ.i. mercurij ſublimati.ʒ.ſʒ. ponantur paulatim in tigillum, vbi eſt aurum fuſum. Eſt etiam alius cementū: quod fit hoc modo, Recipe ſalis amoniaci.ʒ.i. viridis eris.ʒ.i.

alius modus affinandi ſolem p̄ cementū.

vitreoli

vitreoli bene calcinati.ʒ.vi. fiat puluis siccus, cum quo fiat stratum super stratum, & hoc vltimo modo, quando affinas aurum: de quattuor partibus vnius floreni, non remanebunt nisi tres partes. Si autem cupis Solem vel lunam ab anthimonio separare & affinare, addatur parum de tartaro & ipsum anthimonium non poterit attingere Solem vel Lunã. Luna autem tunc debet admisceri cum Venere. Est autem modus faciendi puluerẽ ex ipso Sole talis. Recipiant ducati vel floreni præparati suprадictis modis & ponantur ad ignem, donec candescant, deinde malleentur, quantum poteris subtilissime, sicut fit ad deaurãdum, postea scindatur frustulatim in minimas bracteas, & pro vna parte auri, addes mercurij partes sex: imponantur ita simul ad ignẽ, & calefiant, donec videas ipsum mercuriũ fumescere, & aurum sit in alio tigillo: & calefiat, pari modo, sicut fecisti de mercurio, deinde fundatur super mercurium fumescentem: & cum bacillo tamdiu agitetur: donec totum fuerit fusum, deinde iterum concutiatur, donec frigescat. Post hoc ponatur simul in corium album, sicut fit apud aurifabros, & optime ligetur: & exprimatur: vt totus mercurius egrediatur ex ipso corio. Reliquum vero ponatur in tigillo ad ignem: donec mercurius fumet, deinde ponatur super marmor: & sepius teratur. Iterumq; in tigillũ mittatur, donec fumus ex mercurio egrediatur, deinde iterum teratur. Et hoc fiat ita sepius terendo & calefaciendo, donec oĩs fumus in mercurio cesset, & aurum in puluerem subtilissimum sit redactũ. Deinde ponatur in furnum calcinationis: faciendo flammam ignis cum ligno sicco, & non cũ

Aliud cementum

Modus Solem puluerisandi.



G iij carboni

carbonibus. Et hic ignis duret quattuor vel quinq; horis, & ita calcinetur donec videris Solem a mercurio depuratum & mundificatum, & tunc habebis aurum tuum optime preparatum.

Lauetur deinde aurum duabus aut tribus vicibus cū aqua vitæ, & bene simul misceatur cum culmo pennę integro, deinde colabis aquam vitæ, super infundendo recentem. & hoc fiat tribus aut quattuor vicibus. Deinde exiccabis ipsum Solem super paruum ignē prunarum. Postea imponatur in circulatorium suprapositum cum ipsa quinta essentia vini. Alius est modus puluerisandi Solem. Facfieri instrumentum de cupro vel ferro informa cucurbitæ, hoc modo.



alius modus puluerisandi Solē.

Et habeat collum strictum; habentem in orificio crucem ex filo ferreo factam, in amplitudine vnius formæ ducati vel floreni, ita q; non possit cadere intro. Et oportet q; ducatus vel florenus attingat orificium cucurbitæ ab omni parte. Hoc ergo instrumētum calefiat, & in fundo ipsius fiat stratum de plumbo liquido, inspissitudine vnius digitti super quo fiat aliud de tartaro. Et ita semper facies, donec cucurbita sit plena. Postea superimponatur ducatus vt florenus, & ponatur super crucē locando in furnium talem.

Ita q; plumbum sit semper liquidum. Et quando aurum fuerit aliquātisper in vno latere, super aliud vertatur, & hoc modo fiet obediens ad faciendum puluerem Solarem. Postea calcinetur in furno reuerberationis, vt iam dictū est. Et hoc modo poteris facere de quatuor aut quinq; florenis alijsq; monetis argenteis.

De auro potabili cum melle. Caput. xxix.

Recipe

REcipe salis gemmę bene præparati: mellis optimi: a fauo absq; igne extracti, vt sup̃ diximus, aquæ vitæ rectificatę ana, partes equales, distillentur omnia simul per tres vices. Postea accipe de hac materia distillata libram vnam, foliorum auri finissimi quantum volueris, & pone in cucurbitam, ipsam ponendo super cineres. Postea adde reubarbari electi, ligni aloes bene triti, reupontici, ossis de corde ceruí, musci Alexandrini recentis, ambræ bonæ, añ ʒ.i. omnia simul misceantur, & octo diebus elapsis distilla per filtrum, & habebis optimum aurũ potabile, ad multas egritudines conducens & corpus humanum mirabiliter restaurans.

nota /

De auro potabili ex solo auro & aqua vitæ. Caput. xxx.

ACcipe auri finissimi .ʒ. iiij. malleetur subtilissime, & scindaꝫ in bracteas minutissimas. Postea accipe mercurij̃ abluti. ʒ.i. ſ̃ fiat amalgama postea ponatur super marmor, addendo totidẽ de sulphure viuo, & bene insimul terantur, deinde ponãtur in tigillo super carbones, & sinas ibidem, donec totum sulphur fuerit combustum, postea ponatur in cinericium. Et iterum deinde pone in tigillo ad ignem, donec ipsum tigillum rubescat. Post hoc amoue tigillũ, & inuenies Solem in puluerem subtilissimum, coloris croceí calcinatum. Postea ponatur in furnum reuerberationis, & aurum tuum erit optime præparatũ. Lauetur deinde cum aqua vitæ simplici, & exiccetur. Et de hoc puluere capias quantum volueris, superfundatur de aqua vitę rectificata totidem, vt vltra aurum emineat tribus vel quattuor digitis: Mittatur deinde in circulatorium, & ponatur in balneo Marię, cum suis lapillis in medietate ponderis auris, & circuletur, vt decet, & ipsum aurum liquescet & resoluetur in aquam coloris citrini vel croceí, vt etiam tingat capillos humanos. Et ita habes etiam verum aurum potabile.

nota /

De auro potabili cuiusdam Treuerensis episcopi. Caput. xxxi.

WInus insignis Episcopus Teuerensis faciebat aurum potabile hoc modo. Quando distillaueris ipsam aquam vitæ, & in fundo distillatorij̃ ipsum flegma sicut materia tenax resederit, accipe aquam vitæ duabus vicibus in Balneo Marię distillatam: fundendo super hanc materiam nigram: dum fuerit infrigidata, & ita etiam per diem & etiam noctem remaneat

ipsum flegma .i. ipsas feces. /

.NO. .A.

a auro potabili optimo nota Hac quia, Vocatur verum aurum potabile, quia aurum in materia potabile non potest, dissolui nisi puritatem .s. ff. quę ipsamet terra est, incolore vrina, vino, reducta, ut tangit in separatione 9r. elementor.

fo. 18.

neat. Poſtea ab hac materia aqua vitę iterum abſtrahatur per diſtillatio-
nem lento igne, donec ad materiã ipſam peruenerís, & fiat tepida, ſi volue-
ris vitrum reſeruare integrum. Deinde fundatur aqua fontis ſuper ipſam
materiam nigram, in altitudine ſex digitorũ, & ita per tres aut quattuor
dies quieſcat. Poſt hoc lauabis ipſam cũ alia aqua fontis, & inuenies ſub-
ſtantiam ſiue materiam in fundo: ſicut ſi eſſet arena, & eſt ipſa terra, quam
lento igne exiccabis. Quum autem fuerit ſicca: fũ datur ſuper eam de aqua
vitæ rectificata in altitudine quattuor digitorum, & ſinas ita permanere
in balneo Mariæ per horas viginti quattuor, claudendo orificium vitri cũ
alio vitro, & lutãdo cum cera tali, vt ſupra dictum eſt. Poſt hoc ipſa aqua
vitæ iterum abſtrahatur: & hoc facies ſepius. Quia quanto ſepius ſuper-
fuderis, & iterum per diſtillationem abſtraxeris, tanto melius. Et quando
ipſa terra fuerit exiccata, ponatur cucurbita ad arenam, ſepeliendo ipſam
cucurbitam in ea vſq; ad collum, & abſtrahatur igne fortitoties, donec nul
lum fumum in alembico conſpexeris, non amouendo ipſum receptaculum
Quia oportet ꝙ aqua vitæ & ſpiritus ſiue fumus ille ſimul immiſceanſ,
& ita habebis duo elemẽta, ſcilicet ignem, & aerem. Poſt hoc accipiatur ter
ra, & optime ſuper marmore teratur & ponatur in cucurbitam, ſuperinfũ-
dendo de aqua vitę rectificata: in altitudine trium aut quattuor digitorũ:
& impone in balneum Mariæ per diem & noctẽ, donec ſoluatur. Et quũ
fuerit ſoluta, frigefiat, deinde abſtrahatur iterũ, & exiccetur ipſa terra ad
Solem, quæ cum exiccata fuerit, debet poni in crucibulum, lutando ipſum
optime cum luto ſapientiæ, & calcinetur in furno reuerberationis: per ho-
ras quattuor. Deinde frigefiat, & iterum ſuper marmor teratur, & in cu-
curbitam ponatur, ſuperinfundendo de aqua vitæ rectificata, & ponatur
in balneum Mariæ ad ſoluendum. Deinde iterum abſtrahatur aqua vitę
& terra iterum calcinetur per horas quattuor, dum fuerit ſicca. Vel etiam
poteſt ita comburi, vt candeſcat: deinde iterum ſoluatur in balneo Marię
cum aqua vitę. Et toties ſolues & calcinabis: donec non poteris vltra calci-
nare vel ſoluere: & hoc fit communiter in ſeptem vicibus: dum magiſter
recte operetur. Dum autem volueris cognoſcere, quando ipſa terra nõ
ſoluitur vlterius: accipiatur parum de ea terra: & exiccetur ad aerem: & de
aqua ſua ſuperinfunde tres vel quattuor guttas, ſi ſoluitur, ſignum eſt: ip-
ſam adhuc non eſſe ſatis præparatum. Ideoq; oportet ipſam iterum ſolue-
re in balneo Marię: deinde calcinare: donec verum poteris habere indiciũ,
ipſam non poſſe plus ſolui. Vltimo vero debet exiccari: & calcinari: & fri
gefieri: & tunc eſt pro ſe ſola, & ignis & aer ab ipſa ſunt ſeparata. Deinde
ſumantur omnes illæ aquæ: cum quibus ſoluiſti terrã prædictam: debent
poni inſimul in cucurbitũ, vna cum ipſa terra, ponẽdo ſimul in bal. mariæ
& addendo de ipſa quinta eſſentia, & abſtrahatur vſq; ad medietatem cũ

igne

Vide f.° 18.

igne lento, & anteponatur aliud receptorium. Deinde ignis augmentetur donec omnis humor & materia flegmatica ab ipsa separetur. Quo facto, magis crescat ignis ad expellendum ipsos spiritus, donec videris paruas pustulas in alembico apparentes penitus transijsse, deinde iterum calcinetur, & soluatur, sicut superius fecisti. Et hoc debet fieri septies, & toties semper terra soluatur, & calcinetur, Deinde teratur iterum super marmor, & ponatur in pellicanum ad circulandum in cineribus, & soluendum per dies octo, & videbis materiam ipsam coagulari. Si vero non haberes pellicanum, debet poni in tale circulatorium.

Quumq; videris materiam esse ita coagulatam, debet iterum solui in balneo Marię, & deinde iterum coaguleť in cineribus. Et hoc fiat toties, donec exeat materia sicut oleum, & est ipsa quinta essentia. Si vero non haberes pellicanum vel circulatorium: accipiantur duæ cucurbitæ vnius magnitudinis, alteram super alteram imponendo quum fuerint in orificio ambæ q̃ optime politę & ad æquatæ. In quibus imponatur ipsa terra calcinata, & tantundem admisceatur de aqua ipsius, donec ad spissitudinẽ sinapis reducatur, & fiat cannale ferreum in circuitu coniunctionis ipsarum cucurbitarum, ipsas lutando circa cannale cum cera tali, vt supra dictum est, & ita fit quasi alembicus cecus hoc modo.

Deinde ponatur ad circulandum in balneo Mariæ. Postea distilletur per alembicum cum igne bono: donec materia sicca in fũdo remaneat, & aqua quæ ab ipsa est distillata, reseruetur. Deinde superinfundať alia aqua: quam in prima circulatione ab ea colasti, super ipsam materiam: circuletur per dies octo: iterũ distilletur, & hoc de octo in octo dies semper facies: donec aquæ omnes imbibantur. Et hoc facto: omnes aquæ colligenť in vnũ vas: & fuꝑfundatur de aqua vitæ rectificata: & ipsa materia calcinetur prius ꝑ horas quattuor in furno reuerberationis, donec fiat cãdida: semper ipsam ponderando prius: vt scias, quãtũ augmentetur: Quo facto: ipsam rursus cũ aqs suis in circulatoriũ pones: superimponendo alembicũ cecũ, ipsas lutando: vt supra. Deinde mittatur ad circulandũ in balneo ꝑ menses duos: vel vltra, secundũ ꝙ quantitas materiæ indiget. Deinde quũ deposueris alembicum cecũ, inuenies ipsam materiã in fundo circulatorij translucentẽ & clarã: sicut est cristallus aliq̃: in magni

aliquando est citrina.

in magnitudine quarundam margaritarum, & est ipsa vera quinta essentia. Si ergo cum ea volueris facere aurum potabile iustum & verum, habeas foliorum auri finissimi. 3. i. ſ. quę debent immiscen cum quintę essentiæ. 3. i. ſ. & superfundatur de meliori aqua vitæ composita, quam habere poteris in quantitate librarum duarum & semis. Potes etiam addere duodecim partes de quinta mellis essentia: & tunc vitrum debet optime lutari, & debet poni in balneo Marię, & videbis mirabilem operationem, & vnionem ipsius auri & quintæ essentiæ, quia semper simul ascendent & descēdent, donec ambo conuertantur in oleum spissum, sicut est sanguis humanus. Quumq; videris hoc oleum ita esse coagulatum, sinas infrigidari vitrum, deinde claudatur optime, & ponatur in cellario, & ibidem desemet ipso soluetur toties, vt non possit amplius coagulari, etiam de maximo igne. Tunc scias ipsam materiam esse satis paratam. Hoc ergo oleum est optima medicina in omnibus grauibus egritudinibus. Est quoq; preferuatiuum hominum sanorum a morbis. Caue ergo, ne detur sano vel morbido nisi ipsa necessitas exigat: ita q; in tribus mensibus dabis saltem tres guttas, quia si sepius dares, ipsa anima ex eo tantum delectaretur, & tantum gauderet, q; etiam ab ipso corpore posset secedere: Quum vero dederis alicui in ætate, dabitur cum aqua fontis pura. In hyeme vero cum iure caponis, vel cum vino. Si autem velis facere lapillos siue Cristallum breuiori modo, distilletur flegma quod remansit, quando prima vice aquam distillasti. Ponatur in cucurbitam distillando per arenam, donec nigra materia tenuis sicut vinum grossum & spissum in fundo remaneat, quæ debet reponi in aliam cucurbitam, iterum flegma superinfundendo & distillādo sicut prima vicæ, & iterum ita fiat, vt possis extrahere materiam illam, quæ debet imponi in caldare, & ibidem permaneat, donec iterum in tenuem substantiam vertatur: sicut fuit in principio. Accipiatur deinde & reponatur in cellario, ipsum vas optime cooponendo, vt nihil impuri possit incidere: & ibidem infrigidetur per spaciū vnius mēsis: vel paulo plus. Quæ quum permanserit ita in cellario per prædictum spacium temporis, superfundatur de aqua fontis clara, & manu simul misceantur, & coletur in vrceum vitreatum, & inuenies paruos lapillos tranſlucentes sicut Cristallus, & est ipsa vera terra, quæ debet teri, & admisceri auro, quod est in circulatorio, cum ipsa quinta essentia vini & mellis, & videbis solutionē auri. Reliquum vero extrahatur & fiat oleum, vt supra mōstratum est. Et hoc modo etiam habebis optimum aurum potabile.

Dosis huius auri potabilis.

i. feces que in fundo vasis remanserūt.

De auro potabili cum vino greco vel similibus & speciebus aromaticis. Cap. xxxij.

Recipe

Recipe de vino meliori quod habere poteris, ſicut eſt maluatícum, baſtardum, vel Romanum, Corſicum, Grecum, aut Hiſpanum, diſtilletur per alembicum, donec poſſit rectificari, vt ſupra dictum eſt de aqua vitæ. Et cum bonam quantitatem habueris de hoc vino diſtillato, iterum diſtillabis ſex vel ſeptem vicibus. Poſtea ponatur ad circulandum in pellicano, ipſum implendo pro tertia parte, vel fere ad medium. Deinde claudatur foramẽ pelicani cum paſta facta ex albumine ouorum, & farina optima: & ponatur in balneo Mariæ lenti ignis, per dies quadraginta: vel plus. Deinde ſi guſtando ſenſeris aliquam dulcedinem cum odore excellenti: ſatis circulatum eſſe putato. Si vero non, debes iterum ponere in pellicanum donec ad id p ueniat. Et quum fuerit ita: ponatur in vitrum optime clauſum. Et hæc eſt ipſa quinta eſſent. vini, quę debet ſumi loco omnium medicinarum: & debet dari egrotanti tempore matutino. Doſis eius eſt de ʒ. ij. vſq; ad ʒ. iij. ſm q egritudo eſt intenſa vel remiſſa. Si vero velis admiſcere ſpecies aromaticas, poteris capere nucis muſcatę, cinnamomi, gariofilorum, zedoarię: galangæ, zinziberis albi: granorum paradiſi. ʒ. i. pulueriſentur, & ponantur in libra vna aquæ prędictę. ʒ. ij. harum ſpecierum, & ponatur in vitrum cum collo longo: bene clauſo ſuper cineres, per horas. xxiij. vitrum tribus aut quattuor vicibus agitãdo. Poſtea coletur per pannum lineum, ipſas feces ſegregando, alia vero materia debet diſtillari toties, donec non poterit vltra diſtillari. Deinde debet circulari: vt ſupra, & ita habes quintam eſſentiam & verum aurum potabile.

Clauſura.



De alio auro potabili excellenti. Caput. xxxiij.

Sunt qui diſtillant & abſtrahunt aquam vitæ a meliori vino quod habere poſſunt, ita q materia flegmatica in fundo remaneat. Ideoq; ne in hoc fallaris. Primo diſtillabis mediam partem, & alia media pars eſt ſicut aqua fontis clara, de quo non debes mirari, & etiam hæc iterum debet diſtillari lento igne, deinde

deinde reponatur segregatim. Materiam vero densam, quę in fundo remãsit, facias buliri ad ignẽ, donec exiccetur. Poteris etiã ex hoc extrahere oleũ nigrũ, densum, & spissum: quod est calidũ, & hoc etiã debet optime custodiri. deinde calcinabis ipsam materiam nigram in furno reuerberatiõis, & pro vna parte terræ accipies de ipsa aqua vitę p̃dicta partes quinq;, quę debet esse dulcis, superinfundẽdo ipsam, & ita p̃maneat per dies quindecim, donec soluatur. Postea distilletur per filtrum, abiciendo feces, distillando iterũ aquã, & calcinando per dies quattuor aut quinq;. Quo facto, inuenies terram albã. Videergo vt caute opereris hoc: vt possis habere bonam partẽ de ipsa terra: & poteris dealbare & mũdificare p̃ caliditatem ignis, & p̃ humiditatẽ aquę. Et ita potes intelligere, ipsam, aquã nil valere q̃ ad mundificandũ, ideoq; nullum debet habere spiritũ. Verum quidem est, in ipsa aqua vitæ esse ignem & spiritum, sed habet in se qualitatem aqueam (quod est ipsum flegma) & terream, quod est ipsum impedimentum perfectionis. Et ideo debet distillari sex aut septem vicibus, vt bene rectificetur. Deinde debet circulari in quinta essentia. Et si hæc aqua vitæ, hoc est spiritus



spiritus & ignis, non haberet naturam ipsius quintę essentiæ de terra prædicta non posset ascendere, sicut est opinio Hermetis, nec spiritus & ignis in terram fixari. Est autem hæc aquæ vitæ quintæ essentiæ. Habes cucurbitam cum alembico rostrato & impone quattuor libras de aqua vitæ rectificata. Deinde lutabis optime ipsum alembicum, cum tali pasta, vt iam sepius est dictum, & imponatur in fornacem ad distillandum, ita vt decet Cuius forma est hæc.

Aqua autem distillata recipiatur in receptorium, dum sit bene clarificata: Inde extinguatur ignis: & reserua aquã in vitro optime clauso, vt nullus aer ingrediatur, quia nihil aliud est q̃ spiritus. Et hoc fac tribus vicibus, semper aliquid sinendo in fundo distillatorij, vt scias secure, nihil aliud esse q̃ spiritum bene rectificatũ. Hoc ita distillabis quater, & habebis aquã odoris suauissimi operatiõisq̃ mirabilissimę. Quia si venenũ aut fumus quidã pestifer in corpus intrasset, mirum immodum per hoc ab ipso separabitur, & anteq̃ ter distillaueris, odorem mirificũ percipies, & hęc aqua soluit Solem & omnes gemmas. Ad facturam vero huius auri potabilis aliq accipiunt folia auri purissimi, trita super marmor cum melle donec videantur esse redacta in aquam, vel q̃ appareant satis esse subtilia ad scribendum. Postea lauetur in vase mundo cum pura aqua fontis: quæ debet esse tepida, postea sinas ita in fundum residere, postea ponatur in aquam vitę, vel in quintam essentiam, & habebis optimum aurum potabile. Potest etiam poni in aquam mellis: vel in aquam a zuccaro distillatã. Et hoc aurum potabile mirabiliter tollit omnes egritudines: præcipue lepram.

De auro potabili cum gemmis. Caput. xxxiiij.

SI autem volueris facere aurum potabile cum gemmis, scilicet cũ smaragdis, saphiris: rubinis, granatis, iacintis, vel etiam cum margaritis, oportet omnes gemmas subtilissime terere super lapidem marmoreum, & de puluere illorum lapidũ pones in prædictam aquam vitę, & circuletur per aliquod tempus in pellicano, postea distilletur. Et hęc aqua soluit omnia: & ascendit, quemadmodum si volaret. Si quoq̃ facis ascendere super aurum, vltra nunq̃ ascendet. Et hoc est secretissimum in natura. Transiendo vero ad ipsam terram albam prædictam, vt possimus eam facere ascendere, vt adipiscatur naturam quintæ essentiæ, ad soluendum Solem vel Lunam, Accipiatur ergo de ipsa materia alba & de Sole vel Luna añ partes æquales, & tantundem de pondere prędictę aquæ vitę, & quando aurum erit solutum, ponatur in cucurbitam non nimis altam, quia non posset in altiori ascendere, & fac ipsam p alẽ-

Hoc fac ad usum tuum, quia mirabili opperationis est.



bicum aſcendere: & cum aſcenderit, operaberis vltra vt decet. Si vero non poſſis habere cucurbitam ad hoc accommodatam, habeas vnam retortam, talem.

Eſt etiam ſciendum, ꝙ quando aqua vitę eſt defecata & rectificata, & peruenerit in quintam eſſentiam cum odore fragantiſſimo, ſcias ipſam habere propriam terram ab ea venientem, quę peruehit in aquam & aſcendit, quaſi volando per naturam aquæ, quā ſecum facit aſcendere. Si ergo prædicta intelligis, poteris facere aquam ad ſoluendum omnia metalla, & ſi hoc non intelligis, nihil facere poteris, quia in hoc conſiſtit omnis modus ſoluendi. Medicinam vero quæ debet dari homini poſt proiectionem, accipies in quantitate vnius granihordeacei, & ponatur in poculum argẽtum cum vino albo vel cum aqua pura, ipſam fortiter calefaciendo ſuper ignem donec ſoluatur. Poſtea ab igne moueatur & cum cochlari argenteo agitetur: donec frigeſat. Detur leproſo ſtomacho ieiuno poſt mediam noctem. Poteſt etiam dari omni egroto in quacunq; infirmitate ſit, & ſi in mala valitudine iacuerit duobus menſibus, ſanabitur in duobus diebus. Si vero homo eſt ſanus, omni anno ter accipiat hanc medicinam. Hinc dicit Arnoldus de villa noua, ſe curaſſe Henricum ducem Veronæ ex precibus patris ſui, regis Aragenum, qui tribus menſibus leproſus fuit: & in tribus diebus conualuit. Aſit etiam ſe vſum fuiſſe hac medicina in ſenectute ſua: & quandocunq; habebat calorem ex defectu nature, vel etiam ex alia cauſa, ipſam medicinam cum frigiditate temperaſſe. Si vero habebat frigus, medicina moderabatur hoc ex ſua caliditate. Et ſaltem duabus vicibus in anno hoc vtebatur: ſcilicet vna vice in æſtate: & alia vice in hyeme. Circa hoc notabis mirabile quiddam. Si hæc medicina detur egroto, qui de voluntate dei debeat mori, nullum eſt remedium adhibendi aliquam medicinam. Sed poſtq; fuerit mortuus: habet oculos apertos, & colorem naturalẽ, acſi viueret & videtur mortuus quod ammodo ſpiritu ſubito eſſerapt⁹. Ipſi quoq; crines talis hominis, & barba, & vngues ſemper creſcunt, quia ſanguis qui eſt in corpore non poteſt putrefieri, propter calorem naturalem, qui per medicinam eſt ſuſtentatus.

Ad lepram.

De auro potabili ad paraliſim. Caput. xxxv.

Fit

Et aurum valde precioſum ad omnem paraliſim, hocmodo. Soluatur aurum purum in quantitate ʒ.iiij. in Aqua forti. Deinde habeas aquam fontis diſtillatam totíes, vt dulceſcat, in qua dictum aurum debet lauari: & quum fuerit in puluerem redactum ponatur in aquam vitæ ſimpliſcem, quater diſtillatã. Deinde recipe puluerıs boracís. ʒ. ſʒ diſſoluatur pari modo in aqua vitę ſimplici imponendo in paruum vitrũ & totum id cum aqua vitę implendo. Recipe etiã camphorę. ʒ.i. & diſſoluatur etiam hoc modo prædicto. Vltimo vero cape zuccari cãdidati. ʒ. ij

nota Iſaac.



& debet etiam hoc modo in aqua vitę ſol diſſolui. Poſtea quum omnia fuerint diſſoluta, recipe quattuor illas aquas, in quibus ſoluiſti materias prędictas & diſtillentur per cineres igne lento toties vt omnis aquea ſubſtantia ab alia materia ſeparetur, in tali fornace vt hic eſt.

Et hoc fiat toties, donec videas materiam in fundo ſimilem oleo. Deinde ponatur vitrum cum ipſa materia in locum humidum & vertetur materia in ſubſtantiam criſtallinam, deinde ſoluatur in aqua quattuor, ſubſtantiarum diſſolutarum, ambræ griſæ: muſci alexandrini recentis añ. ʒ.i. & de hoc fit quoddam oleum. Et quum volueris opitulari egroto: accipe folia & flores deboragine & ſaluia, añ. M.i. lauendulæ. M.ſʒ. ponatur in quartã partem aquæ vitę, & in hac permaneat per dies tres integros. Poſtea diſtilletur: & in vitro bene clauſo optime cuſtodiatur. Et quum volueris dare egroto, accipe guttam vnam olei prędicti, & centies tantum de aqua triũ herbarum: & hoc dabis patienti cum maximo diſcrimine & prouidentia: quia hæc eſt medela, quæ omnes infirmitates hominum occultat, & eſt thesaurus occultus omnium philoſophorum.

De alio auro potabili bono. Caput. xxxvi.

REcipe aquæ vitæ ſimplicis, ʒ.ij. boracis de petra. ʒ.ij. diſſolue boracem in dicta aqua vitæ. Deinde ſolue zuccari candidi. ʒ.i. in aquæ vitæ. ʒ.iij. ſʒ. Solue etiam cãphoræ. ʒ.ſʒ. in aquæ vitæ. ʒ.ij. ſʒ. Vltimo vero accipiãtur folia auri puriſſimi, quę ſoluantur etiam in dicta aqua vitę, & hæ quattuor aquę vitę ponantur in cucurbitam: optime ipſam claudendo, & ita per vnum diem requieſcat. Poſtea ſuperimponendo alembicum, & diſtilla vſq; ad medietatem. Poſtea ponatur cucurbita in locum humidum, & quattuor illæ materiæ in criſtallum albiſſimam & candidiſſimam conuertentur. Poſtea ſolue in aqua ab hac criſtallo diſtillata hæc ſequentia. Ambræ bonæ: muſci fini recentis, ana. ʒ.i. margaritarum optimarum. ʒ.i. ponantur in balneũ Mariæ, & ſint omnia bene lutata, & in diebus tribus conuertentur in oleum, quod quidem eſt aurum potabile.

De alio auro potabili cum aqua forti. Cap. xxxvij.

ACcipe aurum optimum quod habere poteris quod ſolui debet in aqua forti, & deinde euaporetur & abſtrahatur aqua per alembicum, non tamen debet omnino exiccari, quia eſſet ſicut oleum. Poſtea ſuperfundatur de aqua mellis: quæ ſit etiam diſtillata

ſtillata per alembicum: vt ipſam materiam tranſcendat quattuor digitis. Ponatur ad digerendum quattuor diebus, & totidem noctibus in Balneo Mariæ. Poſtea aqua mellis iterum abſtrahatur per alembicum: deinde aliam aquam mellis impones & digeres, vt ſupra, & per omnia facies ſicut in prima vice feciſti, & ſcias q̃ remaneat ſicut oleum tenue, cũ ipſa aqua mellis poſtea parum reſideat. Deinde toties abſtrahes aquam mellis, vt nulla ſalſedo remaneat de ſubſtantia aquę fortis, in qua diſſolutum fuit aurum & quum per ſaporem mellis amaritudinem in lingua perceperis: habeas aquam vitę duodecies diſtillatam, in qua nullum ſit flegma, & in ea ſolues aurum, vt aqua aurum tranſcendat quattuor digittis, deinde bene luteturdiſtillatorium, in quod impoſueris, cum luto forti, & ponatur in balneum Marię, donec ſoluatur. Poteſt tamen hoc citius fieri in fimo equino & magis eſt naturale q̃ alſud, dum ponatur in fixatorium ſiue pellicanũ Deinde abſtrahatur aqua vitæ ab auro per alembicum, ita vt aurum remaneat in fundo vitri, ſicut quoddam oleum, vel butyrum, & hoc eſt ipſũ aurum potabile. Quo quidem poteſt vti quilibet egrotus in electuarijs, vel cum vino. Aqua aũt mellis: quæ in prædicto auro funditur, fit hoc modo. Habeas cucurbitam, in quam imponeipſum mel, & quum mel aſcenderit, aperias parum alembicum, & iterum reſidebit in fundum cucurbitæ & hoc fac toties, donec totum mel fuerit diſtillatum. Prima ergo aqua eſt alba. Alię vero poſt primam ſunt bonæ ad caluiciem, quia cum caput ex ipſis inungitur, pili creſcunt. Sunt etiam bonæ ad ipſum aurum potabile quia abſtrahunt amaritudinem ex ipſo.

t. nullus ſint fęces.

NOTA.

De alio auro potabili. Caput. xxxvij.

REcipe aurum purum foliatum, teratur cum ſale cõmuni præparato, & quum fuerit tritum: iterum parum de ſale addas, & bene ſimul miſceantur, & calcinetur in furno reuerberationis per quattuor aut quinq̃ horas, faciendo bonam flammam ignis, deinde ſinatur frigeſcere. Lauetur poſtea cum aqua dulci tepida. Poſtea ponatur in aquam ſequentem ad digerendum, per nouem dies. Poſt hoc ipſa aqua abſtrahatur ab auro, & iterum ſuperfundatur, & digeratur, & iterum abſtrahatur, & hoc fiat ita duabus aut tribus vicibus cum lento igne. Poſtea ſuperinfundatur aqua fontis pura, & iterũ abſtrahatur. Caue autem: ne nimium ſiccetur aurum: quia in ſolutione foret nimis aſperum: & quaſi inobediens ſolutioni. Aqua vero ſupra nominata debet ſic fieri. Recipe libras quattuor optimi mellis, & bulliant ſuper lento igne carbonum in capſia ferrea: & ſpuma ſemper tollatur, ſuperinfun-

,r. otabis.

dendo de aqua fontis in altitudine duorum digitorum. Deinde ponatur iterum ad ignem, donec spumescat & iterum spumam tolles. Postea fundes super ipsum mel albumina quattuor ouorum optime concussa & depurata, & sinas modicum bullire, semper ipsam spumam tollendo, & quũ bene bullierit, per filtrum coletur. Post hoc ponatur ipsum mel colatum ad lentum ignem, donec omnis aquositas ab eo recedat: & post hoc ab ipso melle distilletur, & hoc quod de ipso distilaueris, iterum duabus vel tribus vicibus distilletur, & quum post distillationem requieuerit octo vl' decem dies, habebis aquam paratam: Quando aũt ipsum flegma de vino vel fecibus abstraxeris: & ꝙ feces ipsę inspissentur sicut mel: ponatur in arenã, superinfundendo aquam vitæ, vt emineat super feces tribus digitis, & putrefiat per octo dies sub alembico ceco tali.

alambico ceco, / in quo omnes materiae degerunt.

Deinde iterum abstrahatur aqua vitę per Balneũ Mariæ. Postea superfunde de purissimo flegmate sexdecim aut decem & octo libras, & ponatur in arenam frigidam per dies sex, & crescent lapilli in ipsa terra, qui debent postea lauari cum flegmate, donec depurentur: deinde exiccentur paruo admodum igne. Postea superinfunde eis aquam vitę: vt supere mineat tribus digitis, & post quattuor dies iterum abstrahatur per balneo Marię. & hoc fiat tribus vicibus. Vltimo vero ponatur in arenam cum valido igne, vt spiritus expellantur. Videbis quoq; oleum venire, quod permitte exire in receptaculũ: donec fumus cesset, & terra erit satis calcinata. Illa autem aqua sic est vtendum. Recipe terram calcinatam super quam funde de meliori aqua vitę, quam poteris habere, digeratur sub alembico ceco in balneo per dies quattuor. Postea iterum abstrahe aquam vitæ sensim per colaturam, ita vt non coloretur de terra. Postea superinfũdatur alia aqua vitæ, & fiat vt prius. Et hoc toties facies, donec aqua non coloretur vltra de terra. Deinde pone ipsam aquam in balneum Mariæ cum terra, & abstrahatur lento igne, & in fundo cucurbitę inuenies terram albam asperam sicut est sal, quam iterũ poteris soluere & coagulare vt prius, donec satis aspera & subtilis videatur. Oleum solis fit hoc modo. Recipe aquæ vitę pręparatę libras quattuor, ducatos duodecim, qui soluantur in aqua forti, superinfundendo aquam frigidam, & conuertentur in calcẽ, quam cum duplici pondere zuccari candidi teres: & inde lauabis cũ aqua dulci distillata, vt zuccarum ab auro abstrahatur. Et quum fuerit exiccatum, vna pars calcis debet teri cum tribus partibus masticis pręparati, &

Oleum Solis.

addatur

addatur de aqua vitę, vt fiat pasta, quę ponatur in vitrum, & accendatur, & ipsum vinum cum mastice ab auro separabitur per combustionem, & & ipsa calx in oleum vertetur. Hoc ergo oleum depone subtilissime. Et si calx non fuerit tota solua, lauabis eam iterum cum aqua dulci, & teres cũ mastice, & facies per omnia vt supra. Et si habet quandam nigredinem vl' impuritatem, debet lauari cum aceto distillato. Et quum totum fuerit conuersum in oleum, accipiantur partes duæ de terra alba parata: & immisce antur cum prædicto oleo: vt fiat pasta, parum addendo aquæ vitæ. Deinde ponatur in Aquam vitæ præparatam, ad digerendum in Balneo per vnum mensem, vel vltra, secundum q̃ videris solutionem Solis cito, vel tarde. Fit autem solutio Solis hoc modo. Recipe auri puri boni. ʒ. ſ̃. mercurij bene abluti & purgati. ʒ. iij. fiat amalgama. Postea mercurius separetur ab auro super cinericium, sicut fit apud aurifabros, & aurum remanet sicut quędam farina citrina. Post hoc cape salis amoniaci. ʒ. ſ̃. imponatur in aquam vitę cum auro calcinato, & stet in balneo Mariæ digerendo per sex dies. Postea abstrahatur omnis humiditas cum calore ignis primi gradus, & erit paratum. Deinde cape aurum illud ita paratum, & impone in cucurbitam vitream mundam, imponendo alembicum cum rostro, & omnia optime lutentur, funde super ipsam materiam parum olei oliuæ, & distilletur in principio cum lentissimo igne. Vltimo vero in validissimo, sicut fit in aqua forti. Quo facto, aperi cucurbitam, & si aliquid in ea remansit, fiat per omnia, vt supra, & hoc facies, donec nihil in vitro remaneat. Postea vero abstrahatur flegma per distillationem, haud secus faciendo, & habebis optimum oleum ad aurum potabile, & est bonum & expertum in multis.

Solutio Solis.

De auro potabili volatili. Cap. xxxix.

AVrum potabile volatile ad plurima conducens, fit hoc modo Recipe de vino meliori quod habere poteris quantumcunq; volueris, ponatur in vitrum cum collo longo, & claudatur, sicut solet fieri cum sigillo Hermetis, & postea putrefiat, & optime custodiatur, ne frigefiat, & ita permittes requiescere, donec acquirat fecem, sicut facit acetum, & est citrina, sinas itaq; stare longius, donec tota recedat, & habebit albas venas, sicut si essent flammulæ ignis, & hoc fit communiter in spacio trium mensium. Deinde ponatur in cucurbitam optime clausam & distilletur cum igne, facto ex ligno sicco, in aqua tepida, sicut fit in balneo Mariæ in tali fornace, vt hic depingitur.

Forma fornacis diſtillatorij.



Post hoc accipe libras duas huius materiæ distilatæ, & impone in ea quin decim folia auri purissimi, & bulliat in balneo marię duodecim horis con tinuis, & vitrum sit optime obstruſum cum signatura Hermetis, vt supra dictum est. Deinde lentissimo igne distilletur, & q̄ ignis non sit adhuc in primo gradu, & hoc facto, quando tota materia est distillata: reseruetur, & hoc appellatur aurum potabile volatile.

De alio auro potabili. Cap. xxxix.

Fac etiam aurum potabile hoc modo. Recipe vinum rubeū spis sum: distilletur quater. Postea recipe de tartaro calcinato: & superinfundatur: & putrefiat horis viginti quattuor. Dein de omnis humiditas fetissimo igne abstrahatur, & videbis ip sum tartarum, q̄d prius erat album, in nigredinem essę cōuer sum: quod iterum calcinabis: donec albescat sicut nix: & iterum fiat putre factio, sicut supra: & distillabis forma iam dicta: & ita septies calcinabis: & septies digeres, & septies quoq; distillabis, modo & forma prædictis. Postea ponatur in balneum Mariæ: imponendo folia auri purissimi ad placitum: iterum distillando: & iterum superinfundendo: donec ipsa ma teria tota conuertatur in oleum: quod est optimum aurum potabile; pro hominibus bonæ valetudinis, ipsos in sanitate conseruans.

De alio auro potabili preciosissimo. Caput. xl

Nota ☞ fac.

Svnt quidam rectiores philosophi: qui aurum potabile fa ciunt hoc mō. Recipe de vino rubeo vel albo quantū volue ris, distilletur septies per cineres. Deinde congrega omnes fe ces & distilla: colando ipsam aquam: donec in spissitudinem mellis transeat: deinde supinfundes ipsum flegma: & requi escat ita tribus diebus: & totidem noctibus: & omnes lapilli infundum se cedent. Hoc facto: lauabis prędictos lapillos cum flegmate: donec purifi ant, deinde exiccentur: & imponantur in cucurbitā: superimponendo alē bicum cecum: & mittatur in balneum Mariæ per tres dies, & totidem no ctes superinfundendo de aqua vitę in altitudine trium digitorum. Post ea paulatim coletur, ne vinum fiat turbidum, & sic fac, quousq; vinū nul lum colorem ab ipsis lapillis suscipiat. Vltimo vero abstrahatur totū vi num a lapillis, vt ipsi toti sicci remaneant in vase. Quo facto, oleum ipsū auferatur per arenam igne valido, & hoc quod post oleum remaneat in vi tro, dicitur terra fetida, quæ debet abiici, quia nihil valet amplius.

Postea

Postea ponatur alembicus in cineres, & inuenies lapillos de albatos sicut niuem, vel salem. Et vinum quod extraxisti ex lapidibus, quum candidi remanserunt, seruetur ad multiplicationem & fermentationem. Vltra sal ipsum fermentatum cum calce Solis & Lunę imbibatur cũ aqua vitæ prius abstracta, & sint tres partes salis, & vna pars calcis, ponatur sub alembico ceco, ad digerendum in balneo Marię per diem naturalem. Postea imponatur alembicus cum rostro, & distilletur. Hoc facto, iterum superinfundatur vinum in altitudine trium digitorum, vt supra dictum est, & digeratur iterum sub alembico ceco per diem naturalem, & exinde iterum distilletur, sicut prius fecisti: & hoc fac totiens: donec fermentum & terra in receptaculum transierint, & sint conserua in spiritum vel in substantiã aqueam. Si ergo hos spiritus volueris iterum reducere in corpus, ponantur in balneo ma. & coagulabuntur in lac album, quod appellatur lac virgineũ, est tamen differens ab eo lacte, quod supra vocauimus oleũ plũbi. Postea iterum infundatur de aqua prædicta, & ponatur sub alembico ceco, ad digerendum, & hoc tamdiu fiat, donec totum conuertatur in spiritum volatilem. Aqua aũt vitæ, quæ super hoc lac natat, distilletur in balneo Ma. & in fundo distillatorij inuenies verum lapidem & hæc appellatur transmutatio spiritus in corpus. De hoc ergo lapide accipe in quantitate vnius grani hordeacei, super mercurij viui loti & purificati. ʒ. x. cũ fuerit calefactus in crucibulo, & videbis ipsum mercurium coagulari in verum Solem vel Lunam, secundum primam fermentationem, & hoc poteris custodire. Si vero non velis custodire, iterum de puluere superimponatur, & cõuertetur totum in puluerem, qui debet imbibi cum ipsa aqua abstracta a prędicto lapide, & hic est verus lapis, si ipsi tincturæ superimposueris alium puluerem, & hoc potest augmentari in infinitum. Et si ipsa aqua, a lapide abstracta, deficeret in augmentatione, poteris aliam bonam aquam vitæ loco eius capere, quia nihil in hoc est descriminis.

Quõ spũs debẽt reduci in corpus.

Oleum virgin.

quomodo fit transmutatio spũs in corpus.

De auro potabili vegetabili. Caput. xli.

Est etiam aliud aurum potabile: qđ mirabiliter cõfortat humiditatem superfluam in homine. Et fit hoc mõ. Recipe de ipsa quin. essen. vini, ita extracta: vt supra docuimus, in qua possit resolui aurum: virtutem suam conseruando, & hoc fiat subtiliter per viam continuitatis cum humiditate balnei, & distiletur ipsa aqua igne lento, totam humiditatem ab ipsa separando: & ita etiam substantia auri remanebit in distillatorij fundo tota sicca. Post hoc capiatur de illo vino, & distilletur per Alembicum toties, donec non possit vltra comburi per diminutionem sulphuris sui, semper quamlibet distillationem in quodlibet receptaculum suscipiendo, & cape de secunda aqua

nota de .7. aquis Joannis .xxii. cissa.

que aqua fit ex substantia auium. in qua aurum dissoluit. in aqua vegetali, ad conseruationem humidi radicalis.

NOTA ET FAC

aqua toties, donec nulla vena in ipso alembico appareat, & in hanc aquã proijcies ipsam substantiam auri, & citissime in aquam vegetabilem solue tur, & hoc sit ex eo, q̃ mercurius per mercuriũ est rectificatus de ipso flegmate, donec videris, ipsum non posse vltra comburi, quod quum ita fit: cũ prima substantia auri permiscebis, & tunc est vera aqua vitę siue aurum potabile. Hæc autem est prima aqua, seruiens & proficua humano corpori Aquã. i.
Recipe de aqua vitæ, & ab ipsa separebis omnem humiditatem per distil lationem de quinta aquæ essen. quę est aurum purum, & hoc serua segregatim, & in ipsam aquam vegetabilem impones mellis cum fauo suo partes tres, & hoc omne simul ponatur ad putrefiendum in balneo Mariæ per dies quattuor. Et hæc digestio debet fieri nouem vicibus in balneo, vel in fimo: quia ex hoc aqua rectificatur. Aqua secunda est hæc. Recipe caponẽ ij.
vel gallinam veterem: & quum omnia ossa & superflua fuerint amota, ca ro ipsa debet teri in mortario lapideo subtiliter. Deinde pones in cucurbi tam cum alembico, & aquam ab eo distillabis in balneo Mariæ: & hæc ite rum debet segregatim custodiri. Aqua tertia est hæc. Recipe carnem de gal iij.
lina vel capone, distilletur per cineres, omnem humiditatem lento igne ab strahendo, & caue, ne aduratur caro in alembico, & hoc etiam segregatim custodies. Aqua quarta est hæc. Accipe de vino partes tres, ponatur super iiij.
partem vnam prædictarum carnium: ponatur in cucurbitam: optime ipsã claudendo cum operculo vitreo, & lutando, deinde ponatur super cinerem lento igne, per dies tres, postea distilletur per alembicum, & aquam reser uabis. Aqua quinta est hæc. Recipe totam substantiam caponis vel gal v.
linæ, & totam substãtiam humidam ab ipso separes per alembicum, sicut prius dictum est, & aquam quoq; reseruabis. Aqua sexta est hęc. Recipe vi
omnia ossa caponis vel gallinę, pistentur minutim in mortario lapideo cũ pistello ligneo: & imponatur in balneo Marię postea vero super cineres, & distillabis, sicut prius dictum est: & hæc quoq; debet custodiri.
Aqua septima est hæc, Recipe de aqua tertia, de aqua quinta, & de aqua vij.
sexta: distillentur simul per alembicum, & optime custodiantur. Rectifi catio vero aquarum prædictarum, quæ sunt distillatæ per cineres: hæc est

Recipe de auro ita preparato: vt iam vltimo est dictum: & coaguletur: quia est naturale quiddam humidum, omni modo & colore: sicut si esset auri pigmentum citrinum: & impone de aqua sua prima partem sẽnis: & statim soluetur ab aqua ipsa: & a tribus aquis prædictis. Cape ergo in magnitudine vnius coclearis argentei, & etiam optime misceatur cum bo na parte melioris vini quod habere poteris, & da homini flegmatico, tẽ pore hyemis, & mirabiliter ipsum in sanitate conseruabit. Si vero homo sit colericus, da ei cum aqua pura. Melancolico vero cum iure caulium. Sã guineo autem non dabis de hac aqua, sed dabis ei de hoc quod sequitur.

modus rectifican
aquam, ut sit a
ta ad opus nost

Recipe

Modus faciendi verum aurum ex auro potabili.

Recipe de aqua aurea cocleare vnum, ponatur in vinū, & deturei & erit ſecurus ab omni infirmitate. In æſtate autem debet adminiſtrari flegmatico cum iure galline, in quo coctum ſit petroſilinum, Colerico vero cum alio iure. Melancolico dabis, quū tempus expoſtulabit, in magna ipſius opatione caloris vel frigoris. Si autem velis dare egroto, dabis ſecundam partem auri diſſoluti in ſecunda aqua caponis. Si ſit flegmaticus: dabis ei medium coclear cum duabus partibus aquæ. Et ſic etiam debet dari ſanguineo. Colerico dentur duo cochlearia de aqua tertia, & identidem fiat de melancolico, & in tribus diebus ab omni infirmitate, etiam quantumuis ſit magna & periculoſa, liberabitur. Et quum ipſam medicinam voluerís dare cum aquis prædictis, interrogabis egrotum, quo cibo maxime delectetur. Et licet ſit ei contrarium, dabis tamen ei de illo, & de hac medicina, in quantitate piſi, vel lentis magnæ. Hæc autem medicina valet contra omnem infirmitatem naturalem vel accidentalem calidā vel frigidam. Et quū volueris peregre proficiſci, talis medicina (ſi tecum velis portare) debet coagulari, & ponatur in vitrum, & quando volueris ea vti, preparetur in humiditate auri potabilis. Quando igitur vegetabilia præparaueris, vt iam dictum eſt, accipiatur vnum vegetabile, & in quodlibet vitrum imponantur folia auri, optime vitrum daudendo, ne poſſit euaporari, ponatur ad cinerem cum lento igne, & aurum ſoluetur in viginti duobus diebus. Si ergo velis facere aurum potabile, abſtrahatur tota ſubſtantia aqua ab auro cum lento igne, & aurum quod in fundo remanſit: ponatur in cucurbita in balneum Marie, & ſoluatur in quatuor diebus naturalibus, & hoc eſt verum aurum potabile, quod debet poni in paruam cucurbitam: addendo ad auri foliati. ʒ. ſʒ. mercurij abluti cum ſale & aceto. ʒ. I. & totum in octo diebus in verum aurum conuertetur. Et ſi velis hoc magis ſublimare recipe de auro potabili, cui addantur de mercurio ſepties ſublimato cum vitreolo, & ſale communi, & iterum reuiuificato, & hoc debet poni p̄ dies octo ſuper cineres cum lēto igne, & indureſcet. Vna pars huius materie tingit centum partes. Et hoc etiam poteſt augmentari in infinitum.

De vltimo auro potabili. Caput. xlij.

Recipe de auro affinato. ʒ. ſʒ. malleetur ſubtiliſſime, ſicut fit quum deauratur, & ſcindatur in partes minutiſſimas, addatur de mercurio depurato: & fiat amalgama, ponatur ſuper lapidem marmoreum, & teratur cum tanto ſulphuris quantū ſufficit, vel melius, quantum amalgama pōderat. Et quum ſatis fuerit tritum, ponatur ſuper prunas in crucibulo, & ſtatim comburetur. Quo facto, iterum teratur ſuper lapide marmoreo, & iterum ponatur in

tigillum

tigillum;ipſum ad ignem collocando,donecrubeſcat, poſtea amoueatur crucibulum,& inuenies aurum tuum optime calcinatum in puluere ſubtiliſſimo,ſicut ſi eſſet puluis croci. Ponatur poſtea in furnum reuerberationis,& detur ei flamma,vt decet,& erit paratum. Poſtea lauetur cū aqua vitę quater diſtillata,& deindeexiccetur. De hoc puluere capetantum quātum volueris,ſuperinfunde de aqua vitæ rectificata tantū, vt ipſum puluerem excedat in altitudine trium digitorum. Deindeponatur in circulatorium: & ponatur in balneum Mariæ cum media parte ſuorum lapillorum,& ipſum aurum ſolueturin aquam croceam,vt etiam cutem humanam tingat in colorem rubeum. Exinde extrahes omnia elementa,ſicut prius dictum eſt,& quodlibet ab aere optime cuſtodiatur: quia habent virtutem: quā exprimere non eſt poſſibile,& ſi poſſibile eſſet:centeſima pars indoctiorum non crederet. Subſtantia enim aquea valet ad omnes infirmitates,procedentes ex calore vel frigore. Valet etiam ad quamcunq; paſſionem pectoris: cordis,pulmonis:& omne venenum expellit: omnes materias ſuperuacuas a pulmone eijcit. Et ſi eſſet apoſtema intra corpus: faciles ex hac curatur: ſanguinem purgat: viſum acuit & omnia membra ſpiritualia a putrefactione conſeruat. Oleum vero maxime prodeſt adoleſcentibus,ipſos enim conſeruat in robore& venuſtate: dumreo in cibus vtantur,ſanguinem non ſinit putrefieri,nec flegma dominari,vel colerā adurere,nec melancoliā vigere,ſanguinem,& ſperma multiplicat. Et ideo qui hoc oleo vtuntur,ſepius debent venas incidere. Et ſi aliqua membra foret leſa vel diminuta,ipſa reſtituit,viſum amiſſum recuperat,dum omni nocte per ſpacium vnius menſis guttam vnam in oculum imponis. Elementum ignis ad omnia priora valet. Senes facit adoleſcere,mortuos reuiuiſcere. Senes hoc vti debent cum modico aquæ aureę,omnes egritudines ſenectutis tollit,& ideo appellatur Elixir vitæ: reſoluatur ignis in aqua vitę, donechabuerit colorem rubeum,& imponatur de mercurio fixo ſuperlentum ignem,citiſſime ſoluetur. Poſtea adde tertiam partem auri, & ſtatim in corpus conuertetur,& poteſt coagulari cum modico aluminis. Quo facto,videbis ipſum in lapidem rubeum conuerti,& ſi iterū reuiuificetur in humiditate & arſenico,fiet perfectum elixir ſuper ipſum mercurium. Elementum vero terræ,ſi eſt bene rectificatum,vt decet,per terram ſuā tribus vicibus,qualibet vice ipſam reſoluendo,& per filtrum diſtillando,& iterum coagulando,tunc habebis ſal terræ. Si quoq; ipſum tale ſal fieret fluxibile,retinet tamen de mercurio. Et ſi aqua illa fuerit bene & iuſte rectificata,fixat omnes ſpiritus. Valet ad omnes cicatrices: & vulnera curat,& carnes creſcere facit. Et ita habes multas formas faciendi aurum potabile,quæ ſi ad placitum tuum non inuenies,boni conſule obſecro. Nā ſi ſcires,in quo temporis ſpacio id congeſſerimus,non mirareris,ſi forſitan quippiam inepti huic libro inſertū reperireris.

Vis aq̄.

Potētia olei.

Ignis efficacia.

Proprietas terrę.

De aqua vitę compoſita pro hominibus frigidę complexionis aut regionis. Cap. xliij.

SVum ſatis ſuperq; in ſuperioribus capitulis de aqua vitæ ſimplici dixerimus: Reſtat nunc de compoſita aliquid elucidare, etſi non ſit neceſſe, Sed quia ex varietate lector doctus mirum immodum afficitur, ideoq; non inconſultum videbatur, aliqd de compoſita diſſerere, cuius varias ex varijs deſcribemus vias componendi. Prima itaq; videndū eſt de ea quæ debet adminiſtrari hominibus frigidę complexionis: aut egrotantibus a cauſa frigida. Poteris etiam ea vti in tempore & regionibus frigidis. Et eſt hæc. Recipe zinziberis albi, cinnamomi electi: cubebarum recentium, gariofilorum mundatorum, nucis muſcatę, macis electi, cardamomi, Zedoariæ, galangæ, piperis longi ana partes equales. Conterantur omnia groſſo modo, fundantur ſuper vnam partem ſpecierum ſex partes aquæ vitę ſimplicis, ponantur in cucurbitam lōgam, ſuperimponendo alembicum cecum, & ponatur ad digerēdum per dies quatuordecim. Poſtea diſtilletur in balneo Mariæ cum lentiſſimo igne, feces iterum ſuper materiam diſtillatam fundantur: & iterum digerātur per octo dies. Sunt tamen aliqui qui non diſtillant per alembicum, ſed melius eſt, ſi per ipſum diſtilles. Et quum tribus vicibus diſtillatur, prima aqua, dicitur aqua benedicta. Secunda aqua vitę compoſita. Tertia vero aqua balſami. Aliqui etiam ad compoſitionem eius addunt foliorū ſalviæ, rutæ: caſtorei recentis, corticis citri, baccarum lauri, florum lauendulæ florum roriſmarini ana. ʒ. ij. Hæc omnia debent diſtillari cum ſpeciebus ſupraſcriptis, & ſemper pro vna parte ſpecierū ſuperfunde ſex partes aquę vitæ ſimplicis. Hæc ergo aqua vitæ eſt bona ad omnes egritudines capitis procedentes ex humore ffegmatico, dum ſumatur tempore matutino in pondere ʒ. ij. cum vini optimi ʒ. i. Aliqui autem intingūt fruſtum panis in hanc aquam, alij vero inunguntcaput cum huius aquę. ʒ. ß. addendo aquæ bethonicæ. ʒ. i. Sed caue, ne vtaris in egritudinibus & doloribus capitis, ex calore procedentibus, niſi alia medicina frigida, admiſceatur, quę poſſit temperare caliditatem huius aquæ. Valet etiam hæc aqua ad faciendum bonam memoriā, dum bibatur omni de ſtomacho ieiuno. ʒ. ß. mixta cum aqua roriſmarini, & debet cum ea occipiti illiniri, & exiccari de ſemetipſo. Valet etiam ad maniā, dum capillos in capite tōdas: deinde madefacies pannos in hac aqua, mixta cum aquis maioranæ & roriſmarini, & caput inuolues, & ſenties mirabilem operationem. Valet etiā hæc aqua vitę compoſita ad paraliſim, dum membra ex ea ſepius lauentur, admixta aqua ſaluiæ. Vel ꝙ bibatur omni die ſtomacho ieiuno: admixta aqua florum lauendulæ, & contra cicatrices & maculas faciei, & ad omnes egritudi-

Ad memoriam.

maniā.

Paraliſim

nes

nes oculorum. Habet etiam mirabilem operationem in omni dolore dentium. Si etiam intingatur ſeta vel pecten in aquam prædictam: & pilí ornentur cum ipſo, nunq̃, vel tardiſſime canescent. Et ſi ſit in capite ſcabies, totam depellit. Valet etiam contra vermes aurium. Confortat ſtomachũ infrigidatum, & ipſum calefacit, ſi bibatur cum vino & ſtomachus ex ea illiniatur, Surditatẽ aurium recuperat, ſi immittatur cum bombace. Vulnera ex ea lauata mirabiliter conualeſcunt, & carnes putridas nõ ſinit crescere. Si bibatur ſtomacho ieiuno, valet contra omne venenum, & contra cancrum, & omnes fiſtulas, contra hydropiſim, & lapidem in veſica. Si etiam fœmina biberit hanc aquã ſtomacho ieiuno, quę non poſſit ex causa frigida concipere, ſtatim concipiet. Si fœmina non poteſt habere menſtruum: detur ei de aqua prædicta cum galanga & gentiana, vel madefaciat bombacem, & matricem cum ea inungat. Si etiam hęc aqua ponatur ſuper piſces, carnes, aut alia cibaria, non corrumpentur, neq̃ putreſcent, nec etiam a muſcis defedabuntur. Si vnum euaſerit aceto ſum, & de ſupradicta aqua infundatur, in priſtinam redit ſubſtantiam & naturam. Si Zuccarum molle ex ea madefiat: indureſcit. Si homo ex ea illiniatur, valet contra iectericiam: & contra tremorem omnium membrorum: & contra fetorem oris & narium. Si homo non poſſit digerere cibum comeſtum, debet illinire pannum ex hac aqua, & ponere ſupra ſtomachum: quia mirabilẽ habet operationem. Si homo patiatur ſpaſmum, madefaciat pannũ, & ſuper pectus ponat. Si aliquis habet dolorẽ iliorum: bibat de ea ſepius. Valet etiam contra morbum caducũ: contra ſcrophulas faciei, & contra emorroidas. Albertus magnus maxime laudat eam: propter miraculoſas operationes: quas habet circa paraliſim.

Dentes. Vermes. Surditatem. Venenũ Concep. & Menſtruum. Conſeruandum cibaria. Ad vinũ acetoſũ. Ictericiã digeſtionem. Spaſmũ lliacam.

De aqua vitę compoſita Fride. tertij. Cap. xliij.

Recipe aquæ vitæ ſimplicis rectificatæ lib. iiij. vini maluatici lib. iiij. cinnamomi electi ʒ. iij. gariofilorum. ʒ. i. Zinziberis albi. ʒ. i. ſʒ. nucis muſcatæ. ʒ. i. macis. ʒ. ſʒ. Zedoariæ. ʒ. ſʒ. galangæ. ʒ. ij. cubebarum, iſopi añ. ʒ. ſʒ. radicis benedictæ. ʒ. i. ſaluiæ, florum lauendulę añ. ʒ. ſʒ. meliſſæ, iris: balſamithę. añ. ʒ. i. roſarum albarum. ʒ. i. ſʒ. hæc omnia contundantur: & ponantur in cucurbitã magnam, vbi poſſint intrare quindecim vel ſedecim libręaddẽdo Zuccari albi. ʒ. iij. paſſularum, ficuum pinguium añ. ʒ. vi. camphoræ. ʒ. ſʒ. aquæ roſarum, aquæ endiuiæ, aquæ florum ſambuci, ana libras duas, ponantũ omnia in cucurbitam, ipſam optime lutando: & ponantur ad ſolem diebus viginti, ſcilicet decem diebus ante feſtũ ſancti Ioannis, & decem diebus poſt eiuſdem feſtum. Coletur deinde aqua, & diſtilletur, per alembicum, reſer-

uando in aliquo loco ſicco. Et caue ne mulier menſtruoſa ipſam aquam attingat. Doſis eius eſt in quantitate medij coclearis. Valet mirabiliter ad ſtomachum frigidum, & totum corpus optime in ſanitate conſeruat

De alia aqua vitæ compoſita. Cap. xlv.

Recipe ſaluiæ. ʒ. xij. nucis muſcatæ, gariofilorum, Zinziberis albi, granorum paradiſi, cinnamomi añ. ʒ. iiij. olei laurini. ʒ. i caſtorei recentis. ʒ. i. ſpice indicæ, roriſmarini, añ. ʒ. ſ. florū roriſmarini. ʒ. i. foliorum rutæ. ʒ. i. foliorum maioranæ. ʒ. i. corticis. ʒ. ij. hæc omnia debent eſſe recentia. Si vero non poſſint haberi recentia, vetera pulueriſentur, ſuperinfundendo de vino albo, optimo quod habere poteris. Deinde ponantur in digeſtiuo, ad putrefiendum per menſem Hæc digeſtio fiat in baln. Mariæ, calefacto in primo gradu caloris. Poſt ea in balneo Marie diſtillentur per alembicum. Et cum fuerint diſtillata, iterum ſuper feces fundantur: & iterum in balneo Mariæ diſtillentur, iterūq; ſuper feces fundantur. Tertio vero diſtillentur per cineres: & optime reſerua in vitro bene clauſo. Habet autem virtutes ſequentes. Omnis cibus irrigatus ex ea, ſaporem & odorem ſuum retinet, Vinum in quo ponitur, facit ſaporoſum: peſtilentem aerem expellit omnes egritudines & defectus oculorum ſanat: omnia vulnera ex ea lauata curantur: hydropiſim adurit. Valet etiam contra omnes dolores pulmonis: ſplenis: lienis: inteſtinorum: capitis: omnes maculas faciei tollit: fetorem oris: narium, dolorem dentium mitigat, bonam digeſtionem procurat, laxat, ſanguinem corruptum egerit: & memoriam mirabiliter confortat. Facit etiam iuueneſcere, & omnē triſtitiam aufert. Valet etiam contra ictericiam. Iliā quoq; nimium ſimul conſtricta relaxat, cuprum in colorem argenteum tingit, omnem tremorē membrorum curat, balbutiem tollit, dentes perforatos amouet, vermes ex ventre expellit. Si etiā homo ab aſpide vel ſerpente eſſet vulneratus, & vulnus eſſet ſanioſum citiſſime curatur: omnem ſtrictionem pectoris aufert, grauem anhelitum expellit. Valet etiam mirabiliter contra lapidem in veſica, tuſſim abigit, vocem ſonorat: ſterilitatem mulierum in fecunditatem conuertit, ſurditatem aurium recuperat. Omnia apoſtemata, vlcera, ſcabiē & cetera id genus alia diſſoluit. Lepram tollit, dum non ſit inueterata, omnem tumorem gutturis & colli ſanat. Et habet omnes virtutes balſamina turalis, quia hominem mirabiliter in ſanitate conſeruat. Qui autem calide ſunt naturæ non debent ea vti, ſed bene flegmatici.

Dealia aqua vitæ compoſita. Cap. xlvi.

Recipe

Recipe pulueris diamargariti frigidi, pulueris diaambrę, pul. diamus. dulcis añ. ʒ. i. pul. leticię gal. pul. diarodon alba. pul. triasandali añ. ʒ. ij. pul. liberantis, pul. elect. bezoardici añ. ʒ. iiij. Tiriacæ magnæ andromachi vel Galieni. ʒ. i. methridati optimi. ʒ. i. tormentillæ, diptami, pimpinellæ, matricariæ, angelicæ, aristologię añ. ʒ. iiij. boli armeni præparati, terræ sigillatæ añ. ʒ. i. rauedseni. ʒ. ij. spodij, rasuræ ebor. añ. ʒ. i. nucis vomicæ numero. iij. aquæ vitæ rectificatæ lib. vi. Ponātur omnia ad digerendū per dies octo, postea distillentur in balneo Mar. per alembicum cum igne valido. Quū aūt aqua fuerit distillata, imponatur musci Alexandrini recentis, ambræ bonæ añ. ℈. i. Croci orientalis, in pāno serico inuoluti, sed non debet teri. ʒ. ij Zuccari albi lib. ß. syrupi sticados. ʒ. iiij. sirupi liquiriciæ. ʒ. ij. cassię fistulę recentis, nouiter a cāna extractę. ʒ. ß. vnicorni. ℈. i. Bolus aūt armenus debet ita pręparari. Recipe ipsum puluerisatum, & impasta cum aquis acetosæ, rosarum ac lanaceti añ partes duas, aquæ scabiosæ, aquæ pimpinellæ, aquæ vngulæ caballinæ añ partem. i. misceantur simul, fiat pasta cum bolo armeno, & exiccetur, deinde teratur, & cum aquis prædictis iterum impastetur, & hoc fiat tribus vicibus, terendo: & iterum impastādo, & sic habebis bolum armenum præparatum. Hæc aqua mirabilissimam operationem habet cōtra pestem (sicut in multis est expertum) si detur cū aqua scabiosæ, aqua acetosæ, aqua vngulæ caballinę. Habet etiam maximam vim ad curandum omnes dolores capitis, laterum, & renū, qui procedunt ex aliqua corruptiōe sanguinis, purificat etiam pulmonem, cor confortat, & ab ea omne venenum expellit, iuuenes tamen, qui quadragesimum annum nondum excesserint, non debent vti hac aqua sepius: sed rarissime, propter nimiam calidatem ipsius.

pręparatio boli armeni.

Contra pestem.

De alia aqua vitæ composita. Cap. xlvij

Recipe aquæ vitæ ter distillatæ libras quattuor, cinnamomi electi, Zinziberis albi, nucis muscatæ añ ʒ. iiij. duos ducatos auri finissimi. omnia imponantur in vas stanneum, vndiq; bene clausum, per dies quattuordecim. Postea distilletur tribus vicibus per alembicum in balneo, & vsui reseruetur. Valet hęc aqua ad omnes infirmitates mitigandas, dum patiens eo vtatur omni mane, & omni sero senē facit iuuenescere. Habet quoq; alias virtutes innumerabiles, ideoq; maxime a medicis estimatur.

De alia aqua vitæ composita. Cap. xlviij.

De aqua vitę Comitis palatini & alia quadã præcioſa.

REcipe aquæ vitæ ſimplicis, ſemel diſtillatæ lib. iiij. gariofilorũ Zinziberis albi, roriſmari, añ. ʒ. ſʒ. Species hæ debent puluerizari groſſo modo, ponantur poſtea in ipſa aqua ad putrefiẽdum in fimo equino, per dies octo in digeſtiuo vndiq; bene lutato. Poſtea diſtilletur per alembicum in balneo Mariæ. Quo facto, iterum ſuper feces fundatur, & ſecundarie diſtilletur, & tertio quoq; fermentetur & diſtilletur, modis & formis ſupradictis: & erit præparata. Hæc qua. valet ad omnes defectus hominis: & dolores, procedentes ex frigiditate. Valet etiam contra omnes dolores pectoris, ventris, & ſtomachi. Et ſi homo pinguis velit libenter macrefieri, omni die ſtomacho ieiuno de hac aqua ſumet. Si vero homo macer velit impingueſcere, omni die hanc capiat cum Zuccaro immixto, & duobus menſibus pectis: videbis operationem eius.

De alia aqua vitæ compoſita, qua vtebatur quidam comes palatinus. Caput. xlix.

REcipe ſaluiæ recentis. ʒ. i. ſʒ. mucis muſcatæ. ʒ. i. ſʒ. macis electi ʒ. i. Zinziberis albi. ʒ. i. ſʒ. granorũ paradiſi. ʒ. vi. cinnamomi electi. ʒ. i. ſʒ. Zedoariæ, galangæ añ. ʒ. ſʒ. camphoræ, rauedſeni añ. ʒ. ij. roriſmarini. ʒ. i. ſʒ. lauendulæ, maioranæ, rutæ añ. ʒ. i. florum camomillæ. ʒ. ſʒ. matricariæ, ʒ. ij. ſeminis feniculi. ʒ. i. ß. roſarum rubearum. M. i. bethonicæ. ʒ. i. abrotani. ʒ. iij. caſtorei recentis. ʒ. i. ſpicę indicæ. ʒ. ij. macropiperis. ʒ. i. olei lauri. ʒ. ij. aquæ vitę ʒ. i. ſʒ. menti & mentaſtri añ. ʒ. ij. Oĩa pulueriſanda puluerizentur & ſecãda debent ſecari, & contundenda contundi, ponantur omnia in cucurbitam cum collo ſtricto. Poſtea ſuperinfunde melicris vini q̃ habere poteris libras octo, in vitro optime cluſo, ſepeliatur circiter terram per dies triginta, deinde amoueatur, & ponatur in aliam cucurbitam, ſuperimpoſito alembico roſtrato, & diſtilletur in balneo Marię tribus vicibus, ſemp materiam diſtillatam ſuper feces fundendo. Quarto vero quum volueris diſtillare, adde folia ſaluiæ recentis quantumvis, & quum fuerit diſtillata, vſui reſeruetur, & quanto vetuſtior eſt, tanto eſt melior, & poteris ea vti: quando volueris: quia innumerabiles habet virtutes.

De alia præcioſa aqua vitę compoſita. Caput. L.

REcipe ſaluiæ libr̃ ſemis, origani, iſopi ſaturegiæ: radicis pimpinellę, radicis valerianę, abſinthij añ. ʒ. ij. rutę, radicis biſtortæ, radicis petroſilini añ. ʒ. i. ß. Zuccari roſati. ʒ. iiij. radicis benedictę, radicis polipodij, radicis tormẽtillę ana. ʒ. ſʒ. roriſmarini, petroſilini, cerifolij, lauendulę, maioranę ana ʒ. ſʒ. roſarum rubearum, roſarum albarũ ana, ʒ. i. ſʒ. granorum iuniperi. ʒ. iij. hæ ſpeci

species debent poni in prima distillatione: post autem distillatiōem primā materia distillata iterum super feces fundatur, addendo sequentia. Recipe Zinziberis albi, corticis citri, nucis muscatę, macis: galangę, calami aromatici, coriandri preparati, Zuccari candidi ana. ʒ. ß. gariofilorum, cinnamomi electi ana. ʒ. vi. cubebarum recentium: cardamomi minoris, macropiperis, melanopiperis, Zedoarię, baccarum lauri, tyriacę magnę andromachi ana. ʒ. ij. cimini, carui, diptami albi: reupontici, malorum granatorum añ. ʒ. ij. anisi, ʒ. i. ß. granorum paradisi, croci orientalis: rauedseni añ. ʒ. i. mellis optimi libram semis. Et quum oīa fuerint distilata, imponātur sequentia, & iterum colentur absq; vlla distilatiōe, quia omne vim amitterent, & sunt hæc, Musci Alexandrini recentis: ambrę bonę añ. ℈. ß camphorę. ʒ. ß. Zuccari albi. ʒ. i. Hęc aqua debet ita distillari. Recipe libras duodecim aquę vitę rectificatę, in qua imponantur radices & herbæ quę sunt substantiæ grossę, & ponantur in vitrū optime clausum, digerātur in fimo equino per dies quattuor, postea distillentur in balneo Marię addendo post hanc distillationem species ruditer pulueri satas, & ita dimittas stare per dies octo, deinde iterum distilletur. Vltimo vero quū omnia fuerint distillata: impones muscū; ambram, camphoram, zuccarū, quę nulla distillatione egent quia odor ab ipsis tolleretur per distillationem. Et nota, ꝙ in omni distillatione alembicus vndiq; cum pāno madefacto ex farina & albumine ouorū debet inuolui, alioqui materia distillāda euaporaret. Debet aūt sumi hoc mō. Quicūq; vult ea vti, vel matutino tempore, vel serotino: in potu vel cibo, accipiat parum de mica panis, & supfundat tres vel quattuor guttas aquę prædictę, & mirabiliter cōfortabit cerebrū. Oēs etiā egritudines capitis & totius corporis citissime tollet. Aufert etiā oēs superfluitates totius corporis, siue ex frigiditate procedāt, siue ex calore. Oīa mēbra totius corporis optime cōseruat. Iuuenes qui nondū trigesimum annū excesserint, raro debēt ea vti, nisi sint in aliq̄ infirmitate cōstituti. Qui vero sunt trigesimarij, possunt ea vti omni die & quāto magis homo est senex, tāto magis eo vtat, qa omnē virtutē naturalē mirabiliter cōfortat, ita etiā vt homo cū iusto vitæ regimine possit puenire ad terminū sibi prædestinatū. Nā habet virtutē & efficaciā omnium aliarū medicinarū, & poteris ea vti, omni pastu sumēdo quatuor vel sex guttas in alio vino. Hęc est vera aqua vitæ, quę habet odorem, saporēq; excellentiorē omnibus alijs. Est em̄ certissimū ex probatiōe multorū doctorū Esculapię artis. solo odore huius aquę hominē ab aere polluto non posse infici. Ideoq; consultant, tempore pestifero debere sumi omni die: anteq̄ quis egrediatur domum. Nulla est enim medicina, quę calorē naturalē magis sustētet, q̄ hæc aquę vitæ. Habet quippe proprietatē cū ipsa natura, ideoq; in sanguinē vel calorem naturalem conuertitur. Et quacunq; die aliquis vtatur ea, securus

ipsa aqua in sanguinē vel calorem naturalem conuertitur, propter propietatē, quæ cum ipsa natura habet.

eſt, ea die non poſſe habere paraliſim, peſtem, vel morbum gallicum. Optimam virtutem habet confortandi cerebrum, caluiciem capitis expellit. Si quoq; aliquis haberet caput immundum ex ſcabie, vel alia impuritate cum dicta aqua debet inungi. Valet etiam contra omnem fluxum cerebri & contra ſincopim. Omnia apoſtemata ſanat, dum pannus ex ea madefiat, & ſuperimponatur. Epilentiam curat, dum bombacem in ea intinctū, in nares mittas, & pulſum cum ea inungas, tremorem omnium membrorum tollit, iuuentutem conſeruat, faciem purificat, omnes rugas expellit, omnes denicq; maculas faciei aufert, obſcuritatē viſus clarificat, oculos ſtillantes curat, dum ex ea illiniantur. Si quoq; ſuper oculos imponatur, omnes egritudines eorum ſanat, & quum tempora ex ea illinieris, omnes malos humores expellit. Si autem imponas in ipſam de ſucco celidoniæ, vel de ſucco rutę, omni oculorum tenebroſitati opitulatur, dum duas aut tres guttas in oculum imponas. Vermes aurium interimit, tinnitum aurium ex frigore procedentem ſanat, & omnem ſurditatem tollit, dolorem dentium mitigat. Si etiam aliquis ea vtatur cum ſucco ſolatri, & puluere lapidis Emathitis, curat omne ſputum ſanguinis. Paraliſim curat, ſi ea tempora illinieris & ſuper lignam impoſueris. Tollit etiam balbutiem omnē dando omni hebdomada duabus aut tribus vicibus de pillulis fetidis.

ad epilenſiam,

Sunt namq; multi experti medici, qui cenſent, ipſam ferre optimam opē mutis: ſi tyriaca ei admiſceatur, & per annum integrum detur patienti, ſu mendo tamen alias medicinas, ad hoc accommodatas. Quicūq; etiam ea fuerit illinitus, nullorum inteſtinorum dolorem percipiet, calorem naturalem fouet, ſanguinem mundificat, omnes quoq; opilatiōes pectoris admit, ſpleni, pulmoni, lieni acrenibus mirum immodum confert. Omnes quoq; vias totius corporis humani abſtruſas referat, ſi bibatur, & aliquis ſe ex ea vnxerit. Valet etiam contra omnes dolores ſtomachi, precipue contra ipſum ſtegma in ipſo inueteratum. Tollit quoq; rabiem, quæ fit in lateribus & ventre ex frigore. Omne apoſtema curat, hydropicos ſanat, emoroides expellit, dū loca ipſa ex eo vngantur. Quicunq; vult a podagra vel cyragra curari, primo optime debet purgari. Poſtea bibat de hac aqua & loca podagroſa vel ciragroſa ex ea madefaciat. Eſt etiam ſumma & preſtantiſſima medecina ad omnes defectus humani corporis ex humore vel friſgiditate prouenientes. Habet quoq; ad omnia membra corporis diuinā operationem, quia eſt medicina medicinarum.

ſanguinem mundi-ficat,

ad hidropeſim,

ad podagram,

Vehemēter.

Dealia aqua vitæ compoſita bona. Cap. li.

Recipe rhe rebentinę depurate. ʒ. xij. lauetur optime cū vino albo, accipe deinde mellis etiam depurati cum vino albo, lib. iij. miſceantur optime inſimul. Poſtea adde aquæ vitæ optime rectificatæ lib. iiij. ponantur in cucurbitam. Poſtea accipe herbas

herbas infra scriptas optime scissas, imponantur ad prędicta per octo dies optime claudendo vitrum, ne euaporet, postea distillabis cum maxima diligentia in cineribus. Sunt aũt hæ herbę, buglossæ, boraginis, mellissæ, saluię, lauendulę añ. M.i. Isophi, florum camomillę, cardi benedicti añ. M ß. Rorismarini. M.ij. arthemisiæ. M.ß. Et quando fuerint distillata, addes hęc sequentia optime puluerisata, & ponantur ad digerãdum in fimo equino per dies octo, aut in balneo per dies tres. Et sunt hæc, quę debent addi. Ligni aloes: xilobalsami, sandalorum trium, calami, aromatici, sticados arabici, seminis citri, sileris montani cimini añ. ʒ.i. macis, nucis muscatæ, cinnamomi electi, gariofilorum, galangę, cubebarum recentiũ: Zinziberis albi, macropiperis, croci orientalis, granorum paradisi, cardamomi minoris ana. ʒ.iij. squinanti. ʒ.ß. coriandri pręparati, granorum iuniperi, baccarum lauri, iris florẽtię añ. ʒ.ß. bistortæ. ʒ.vi. catapucię: seminis feniculi ana. ʒ.ij. liquiricię, visci quercini: seminis anisi. añ. ʒ.i. Amigdalarum mundatarum, passularum recentium ana lib.i. Accipiatur vitrum seu distillatorium, in quo est materia: & ponatur in cineres: optime lutando, fiat lentus ignis per horas quattuor. Quumq; videris, nullam aquam claram egredi in receptaculum, ignis debet augmentari, & aliud receptaculum anteponi, semper omnia optime lutando, & tamdiu distilletur, donec exeat aqua citrina, quæ debet segregatim custodiri. Tertio vero quando videbis distillari oleum nigrum, iterum anteponas aliud receptaculum, & in hoc oleum recipiatur, donec sit totum distillatum, & in alio vitro custodies. Aqua vero prima debet ita pręparari, imponẽdo in ipsam musci alexandrini recentis, ambræ bonæ, ana. ʒ.i. foliorum auri. ℈.i. Sunt etiam aliqui, qui addunt plurimum dianisi. ʒ.i. Quicunq; ergo voluerit omnia membra sua confortare, accipiat vini maluatici. ʒ.i. addendo coclear plenum aqua prima, misceantur simul: donec albescant sicut lac, deinde bibatur stomacho ieiuno, abstinendo duabus horis integris a cibo post sumptionem potus, & cõfortabit mirabiliter totum corpus. Si vero velis ea vti pro dolore capitis, accipies vnum coclear plenum aqua prædicta, cũ aquę bethonicæ. ʒ.i. Ad pulmonem valet, si accipiatur cum aqua mori, vl' aqua saluię, & hoc tempore hiemis. In æstate vero accipe aquæ endiuiæ. ʒ.i. coclear vnum de aqua prædicta. Ad pectus, & ad tussim frigidam: procedentẽ etiam ex catarro, accipe aquæ isopi, vel boraginis, vel feniculi. ʒ.i. misceant̃ cũ aqua prædicta. Ad cor, habeas aquæ buglossæ, vel boraginis. ʒ.ß. & totidẽ de prædicta aqua, & tantundem etiã de aqua melissę: misceantur insimul, & bibant̃ stomacho ieiuno. Ad stamachũ, accipiatur aquę absinthij vel mẽtæ. ʒ.i. cũ aquæ bonæ coclear vno: & sumat̃ vt sup̃. Ad pulmonẽ accipiatur aqua pastinacę vl' polipodij, cũ aqua supradicta: & vtat̃ vt supra

ad cõfortationem Totius corporis,

Ad Pulmonem. pectus. & tussĩ. cor. stomachum.

Ad

ſplenem. Vertigi nem & Paraliſ ſim Lapidē. Strangu riam. mēſtrua Perícula matricis Matricē Macu las faciei

Ad ſplenem: recipe aquam bugloſſæ: vel aquam tamariſci: cum aqua vt ſupra. Ad vertiginem capitis & ad paraliſim, recipe aquam peonię: de herba, vel radíce herbæ perforatę aquam, cum aqua vt ſupra. Ad lapidem in veſica: Accipiatur aqua paſtinacæ vel rafani in quantitate. ʒ. i. & duo cochlearia de aqua ſupradicta. Ad ſtranguriam: accipe aquam naſturcij vł petroſilini, aut ſaxifragiæ in quantite. ʒ. i. cum cochleari pleno aquæ ſupraſcriptæ. Ad nimia menſtrua. Recipe aquæ planta ignis vel aquæ ſolatri, bíbatur mane & ſero, cum vno cochleari aquæ prædictę. Ad menſtrua euocanda, accipiatur aquæ arthemiſiæ, vel ſeminis eius. ʒ. i. & aquæ ſupradictæ cochlear vnum, bíbat eo temporæ quo debet habere menſtruum. Ad pericula mulierum ex obſtetricibus peruenientia, vel ex frigore, vt parere nō poſſint, accipiatur aqua valerianæ, vel bethonicæ, vel roſarum ſilueſtriū. ʒ. i. & aquæ prædictæ cochlear vnum, & bíbatur matutino tempore, ſtomacho ícíuno. Ad matricem, accipe aquę matricariæ. ʒ. i. aquæ predictę. ʒ. ſʒ. bíbatur vt ſupra. Ad oculos, Recipe aquę feniculi: aquę eufraſię añ. ʒ. ſʒ. aquæ prædictæ. ʒ. i. bíbatur vt ſupra. Ad maculas faciei. Recipe aquæ florum fabarum, vel aquæ pimpinelle. ʒ. i. aquę primę. ʒ. ſʒ. miſceantur, & matutino & ſerotino tempore facien cum his lauet, & omni hebdomada bíbat de ea, cum aqua endiuię, duabus vel tribus vícibus. Secunda vero aq̄ eſt citrina, & tertia, quę eſt ſicut oleum nigrum, optime valet ad fiſtulas, cancrum, & alias plagas, & habetur loco balſami.

De alía aqua vitę compoſita. Cap. líj.

Recipe melis optimi líb. i. aquę vitę diſtillatę quater líb. i. ſʒ. Ligni aloes. ʒ. iij. gummi arabici. ʒ. ij nucis muſcatæ, galangę cubebarū recentiū, cinnamomi electi, macis, gariofilorū, ſpicę nardi añ. ʒ. iij. muſci Alexandrini recentis: ambræ bonæ ana. ℈. i. Omnia pulueriſentur groſſo modo, ponendo omnia in cucurbitam vitream ad digerendum in fimo equino, per dies octo. Poſtea diſtilentur in balneo Mariæ cum lēto igne, & ſic etiam habebis optimam aquam vitæ compoſitam, ad multas egritudines excellentem.

De alía aqua vitæ compoſita. Cap. liij.

Recipe gariofilorum, macropíperis, granorum paradiſi añ. ʒ. ij nucis muſcatæ. ʒ. vi. macis. ʒ. i. cinnamomi electi, Zinziberis albi, galangæ añ. ʒ. iiij. florum lauendulę, baſiliconis añ. ʒ. i. ſaluiæ. ʒ. i. ſʒ. florū roriſmari, mētæ, polipodij, iſopi ana. ʒ. ij. balſamitę. ʒ. i. ligni aloes. ʒ. i. ſʒ. muſci Alexan. recentis. ℈. i. ſʒ. Hæ herbæ debēt exiccari.

Poſtea

Poſtea ſuperinfundantur ſedecim libræ aquæ vitæ bene rectificatę, digerantur infimo equino per dies quattuordecim: poſtea per alembicum diſtillentur in balneo Mariæ, & in phiala bene clauſa optime cuſtodiantur.

De alia aqua vitæ compoſita, quæ valet ad paraliſim & vertiginem capitis. Caput. liiij.

Recipe ſaluiæ recentis. ʒ. ix. florum lauendulæ. ʒ. iiij. iſopi: mẽthæ ana. M. ij. gariofilorum, nucis muſcatæ, cinnamomi electi ana ʒ. ſʒ. calami aromatici. ʒ. i. granorum iuniperi. ʒ. i. granorum peoniæ. ʒ. ſʒ. vini albi optimi libras octo, digerantur in fimo equino per dies octo vel in balneo Mariæ per dies quattuor. Poſtea diſtilletur palẽbicum. & vſui reſeruetur in vitro optime clauſo: quia habet mirabilẽ operationem contra omnem paraliſim & vertiginem capitis.

De alia aqua vitę compoſita valde precioſa. Cap. lv.

Vidam noſtrorum medicorum Germanorum fecerunt pręnobilem & excellentem aquam vitę: in qua multas operationes egregias experti ſunt, ad confortandum, & ab egritudinibus præſeruandum totum corpus humanum, precipue caput, cerebrum, & alia interiora capitis mala, ex humiditate & frigiditate procedentia, reſoluenda & expellenda, & ad exhilarandum inſtrumenta animæ, & quinq; ſenſuum. Confortat etiam mirabiliter quattuor mẽbra principaliora, vna cum renibus, & omnibus inteſtinis. Procuratquoq; optimam digeſtionem in ſtomacho, & dat mirabilem virtutem omnibus membris exterioribus, ex ſolo odore, dum accipiatur vna pars huius aquæ, & duę partes aquarum ſaluiæ, lauendulæ, roriſmarini ana, miſceantur ſimul & madefiat ſpongia, cum qua tempore matutino & ſerotino mẽbra vngantur, & ex ſemitipſis ſiccentur. Aut ſi etiam tres vel quattuor guttas in cathaum plenum vino ponas, & bibatur ante ingreſſum prãdij vel cenę. Valet etiam ad confortandum caput. Recipe ergo huius aquę vitę compoſitę. ʒ. i. cum aquæ bethonicæ. ʒ. ſʒ. bibatur omni mane & ſero, vel intinge panem in ipſam aquam, & omni die ſtomacho ieiuno edatur trib⁹ horis ante prandium. Ad cerebrum & memoriam. Recipe huius aquæ. ʒ. i. aquarum roriſmarini, maioranę ana. ʒ. ſʒ. vtatur modo prędicto & Ad pectus. Recipe huius aquæ. ʒ. i. aquæ iſopi & capillorum veneris ana. ʒ. ij. vtatur modo prædicto. Ad cor. Recipe huius aquæ. ʒ. i. aquæ boragi-nis & bugloſſæ ana. ʒ. ij. vtatur modo prædicto. Ad ſtomachum. Recipe aquæ huius. ʒ. i. aquæ abſinthij, & mẽtæ ana. ʒ. ij. vtatur modo prædicto

ad caput

Cerebrũ

Ad memoriam

pectus.

cor.

ſtomachum.

Ad pul-

Pulmonem. Splenem.

Ad pulmonem.Recipe aquæ huius.ʒ.i.addendo aquæ cicoreæ & tanaceti aquæ añ.ʒ.ij.vtatur modo prædicto. Ad ſplenam.Recipe huius aquæ.ʒ.i aquæ thamariſci,& ſcolopendriæ añ.ʒ.ij.vtatur forma & modo prædicto Si vero velis ea vti ad omnia membra corpus confortanda, vtaris huius aquæ parte.i.cum vini partibus quattuor.Aqua autē debet fieri hoc modo.Recipe pulueris diamargariti frigidi,pulueris diarhodon albatis,ambos ſecundum Nicolaum,pulueris diambræ ſecūdum Meſue, dianthos ſecundum Nicolaum,pulueris leticiæ Galieni añ.ʒ.ij.caſſiæ fiſtulæ recentis,nouiter a canna extractæ, Zuccari candidi añ.ʒ.ſʒ.ſyrupi de liquiricia. ʒ.i.ſyrupi ſticados.ʒ.ſʒ.ſtorum roriſmarini.ʒ.i.muſci Alexandrini.ℨ.i. Superhis ſpeciebus fundantur libræ duę aquę vitę ſimplicis,optime rectificatę per ternam diſtillationem in balneo Marię. Poſtea iterum diſtillet in balneo Marię per alembicum cum lentiſſimo igne: ita vt numeres vnā duo,tria,vſq; ad ſeptem,anteq; vna gutta diſtilletur,& muſcus debet ligari in panno ſerico rubeo,& ſuſpendatur ad phialam vbi eſt prædicta aqua vitę diſtillata,& non debet extrahi,donec aqua duret. Sunt tamen aliqui qui putrefaciunt cum ſpeciebus predictis aquę bugloſſę libram vnam,aq; melliſſę lib.ſʒ.aquę baſiliconis.ʒ.iij,aquę roriſmarini.ʒ.ij.& poſtea diſtillant in balneo Marię.

De alia aqua vitę compoſita:omnium aliarum precioſiſſima. Caput vltimum.

Tergo bonum finem operi noſtro imponamus,ſecretam ſecretiſſimarum aquarū vitæ declarabimus,quę eſt quedam modo cœleſtis operationis.& fit hoc modo. Recipe ſaluię recentis,cum floribus ſuis,roriſmarini,darſeni, Zinziberis albi,gariofilorum,nucis muſcatæ,granorum paradiſi, galangę,calami aromatici,macropiperis,zedoariæ añ.ʒ.ſʒ. macis,cardomomi iunioris,cubebarum recentium:foliorum rutę,foliorum maioranę: florū lauēdulæ,roſarum rubearum ana.ʒ.ij.tyriacæ Galieni vel Andromachi metridati optimi añ.ʒ.i.ſʒ.olei laurini,cortiois citri,florum bugloſſę,florum boraginis,florum roriſmarini,oſtrucij,angelicæ,reupontici, granorum iuniperi,mentaſtri,mentę,matricarię añ.ʒ.i.ſʒ.caſtorei recentis ver bene cum floribus ſuis,bethonicæ,ligni aloes,xilobalſami, carpobalſami, ſpice indicę,viſci quercini,granorum peoniæ.añ.ʒ.i.rauedſeni,camphorę ſeminis vuę demonis,radicis peoniæ,polij cum floribus ſuis,ſeminis baſiliconis,ſeminis feniculi,deronici K.Croci orientalis añ.ʒ.ſʒ.ambrę bonę, muſci Alexandrini recentis añ.ℨ.ſʒ.aquę vitę ad minus ſeptem vicibus diſtillatę libras decem. Omnia ſequentia debent poni cum aqua vitę ad digerendum

gerendum in balneo Mariæ per dies quattuor, & totidē noctes. Saluia, rosmarinum, ruta, maiorana, lauendula, rosæ, metridatum, tyriaca, oleum laurinum, bugloſſa, borago, oſtrucium, angelica, reuponticum, grana iuniperi: mentaſtrum, menta, matricaria, verbena, bethonica, polium, caſtoreum. Et quum fuerint putrefacta, diſtillentur in cinere per alembicum, igne lēto, ita vt poſſis numerare vnum, duo, tria anteqū gutta diſtillet. Quū vero omnia fuerint diſtillata, impone cinnamomum, gariofilos, macem: nucem muſcatam, grana paradiſi: galangam, calamum aromaticum, piper longum, Zedoariam, cubebas: cardamomum, lignum aloes: cortices citri, carpobalſamum, xilobalſamum, ſpicam nardi, viſcum quercinum, radicē peoniæ, & grana ipſius, coriandrum præparatum, ſemen baſiliconis, ſemen vuæ dæmonis, deronicum K. Hæc omnia debent pulueriſari groſſo modo, ponantur in aqua diſtillata, & inſimul digerantur per dies quattuor decim, poſtea iterum diſtillentur in balneo Mariæ per alembicum, poſtea addas camphoram, reubarbarum, crocum, ambram & muſcum. Si autē velis habere aquam adhuc meliorem, addes pul. diamargariti ʒm Nicol. diapliris cum muſco ʒm Nicol. diarhodon albatis, diamuſci ʒm Meſuæ puluerīs diambræ ana. ʒ. i. puluerīs electuarij cū gemmis, puluerīs leticiæ Galieni, puluerīs dialigni aloes ana. ʒ. ß. addes quindecim aut viginti ducatos optimi auri, cum Zuccari albi libra. ʃʒ. & ſint tribus diebus in balneo Mariæ, ita vt aqua balnei ſit tepida: poſtea diſtilletur per filtrum in vitris retortis.



Et vnum vitrum debet ſtare altius q̄ aliud. Scindantur paruæ formulę de filtro & impendantur, & per ipſas materia diſtilletur, vitris optime luratis: vt nihil ex eis poſſit euaporari. Et hęc diſtillatio eſt excellentiſſima inter omnes alias. Sunt aliqui medicorum, qui volentes confortare ſtomachum: fecerunt fieri aquam viridem, qua vtebātur cum aqua vitæ ſupra ſcripta: aut cū clareto ſequenti, ſicut fecerat quidā comes palatinus. Aqua autem viridis fit hoc mō. Recipe aquæ vitæ quater diſtillatę per alembicum in balneo Mariæ libras quattuor,

K melliſſæ

Celtiam notabis, inultima vero Deſtilatione addes, optimi auri foliati bene trit. & ſepurat. Vt calcinati. ut ſpam ſcis. ℥. j. vel plus, & in vitrum cum collo longo ponat. in balneo mariæ, & in tenuiſſimo calore per dies. 40. poſtea excalē ignis usq; ad. ℥. gradum. p ſpacium unius hore, Vt usq; quo ſit diſtillatum. & exibit aquam, in colore auri, & ipſum auru, potabile.

meliſſæ exiccatæ.ʒ.iij. balſamithę.ʒ.ij. fundatur aqua vitę ſuę herbis prę dictis,& debent ita omnia requieſcere per dies octo,deinde ea vtere. Et nota,q herbę non debent exiccari in ſole,ſed ad aerem,quia ſi in ſole exiccarentur,aqua deueniret obſcura: ſicut ſi eſſet ſuccus alicuius herbę. Sed ſi herbę ad aerem exiccantur,habet colorem viridem pulcherrimũ,& eſt amenissima bibenti. Fit autem claretum hoc modo. Recipe vini albi optimi libras quatuor,zuccari albi duri.ʒ.iiij. cinnamomi electi.ʒ.i. coriandri prę parati.ʒ.iij. gariofilorum.ʒ.ij. granorum paradiſi, Zinziberis albi,añ.ʒ.i.ß. macropiperis. ϑ.ij. Zedoarię.ʒ.ß. Omnia cõterantur ſubtiliſſime,& in puluerem redigantur,poſtea debet colari,ſicut fit apud Gallos,in vino aromatiſato: quod Gallice dicitur ypocras. Reſeruetur in vaſe ſtanneo,& cum aqua precedenti ab aliquibus ſolet ſumi. Virtutes autem aquæ prædictę ſunthę. Valet ad memoriam, ſi bibatur omni die.ʒ.ß. mixta cum aquę roſmarini.ʒ.ſʒ. aquę maiorange,aquę meliſſe añ.ʒ.ij. Ad maniam,vł etiam dolorem cerebri,ex frigore procedentem. Accipe de hac aqua.ʒ.ſʒ. aquę bethonicę,aquę polij añ.ʒ.ij. miſceantur ſimul,& madefac lintheũ circumuoluendo caput. Vel bibat omni die huius aquę.ʒ.ij. aquę bethonicæ.ʒ.iiij. Accipiantur etiam pillulæ aureæ, & cochiæ añ. ϑ.i. fiant pillulæ cum aqua bethonicæ,cape in numero.v.& ſume omni die,quũ vadis dormitum,vel etiam quando ſurgis dianthos in tabulis.ʒ.i. Ad vertiginem capitis. Recipe huius aquæ.ʒ.ſʒ. aquarum lauendulæ,ſaluiæ añ.ʒ.iij.& ſumat omni die ſtomacho ieiuno diapliris cum muſco ſʒm Nicolaũ. Ad caluiciem. Recipe aquæ lilij albi: barbæ Aaronis añ.ʒ.ſʒ. huius aquę.ʒ.ſʒ vel.ʒ.vi. addendo olei tartari.ʒ.i. Ad mundificandam & dealbandam faciem. Accipe aquæ florum fabarum partem vnam: aquæ prepictę partes duas,miſceantur ſimul,& omni die lauabis ſemel faciem. Potes etiam omni die ſumere de aqua predicta partem vnam, & de vino optime partes duas,bibatur ſtomacho ieiuno,& valebit ad idē. Ad ſurditatem. Omni mane & ſero de hac aqua impones ad aures,inde quartam partē horę cubabis,& requieſces ſuper eandem aurem,vt iterum egrediatur. Vel recipe huius aquæ,vini optimi añ partes equales,ſumatur omni die ſtomacho ieiuno. Ad vermes aurium. Accipe de aqua prædicta.ʒ.ſʒ. ſucci rutæ,ſucci foliorum perſici añ.ʒ.ij. Si autem non poſſis habere ſuccos,accipies aquã abeis diſtillatam,addendo modicum de aloe epatico, ſubtiliſſime trito & puluerizato,& de his omni mane & ſero parum in ipſam aurem diſtilabis iacendo ſuper aliud latus,& poſt modicum temporis iacebis ſuper latus, vbi ſunt vermes: & ſtatim exibunt,& morientur. Ad optalmiam. Recipe aquę prædictæ.ʒ.ſʒ. aquæ feniculi,aquæ polij,aquæ valerianæ añ.ʒ.i. imponantur ad oculos. Ad tumorem ginguiarum. Recipe vini albi.ʒ.ix. piretri.ʒ.i. coquantur ſimul,& de hoc cape partem vnã,& de aqua prædicta

Ad memoriam

Ad maniam.

Ad vertiginem capit. caluicię de albandã faciẽ

Surditatem.

Vermes aurium.

ad optalmiam.

Tumorẽ gingiuarum.

partem

partem vnam, deinde teneas hęc mixta in ore, & sepius recentem accipias, hoc fac toties, donec conualescas. Ad fetorem oris vel narium: detur omni die. ʒ. ſ. cum vini albi, in quo sint bullitę mentha & rosæ rubeæ. ʒ. i. addē do parum muſci Aliqui tamen accipiunt aquæ prædictę. ʒ. ij. aquarū ro ris marini, & rosarum rubearum añ. ʒ. ſ. misceantur simul: & impendatur muscus in panno serico, & ambra bona: añ grana. vi. & gingiuas cum illo panno serico impendente in aqua: sepius laues: cottidie saltem semel aut ite rum. Potes etiam bibere de aqua prædicta omni mense. ʒ. ij. Ad epilentiā bibatur omni die. ʒ. ſ. cum aquę peonie. ʒ. i. Aliqui vero ita faciunt. Reci piunt radicem & grana peoniæ: viſci quercini añ. partes æquales: bulliūt in vino albo optimo: & datur patienti cum aqua prędicta. Ad paralisim debent membra sepius illiniri cum aqua prædicta. Et de hac aqua bibat omni die tempore matutino. ʒ. i. vespere aūt sumes diacastoreum: cum vi no albo: in quo coquantur lauēdulæ: saluiæ: granorum iuniperi añ. M. i superinfundendo de vino optimo libras quattuor. Ad loquelam amissā. Recipe de aqua supradicta. ʒ. ſ. aquarum lauendulæ, peoniæ: saluiæ ana ℥. ij. bibatur & recipiatur metridati. ʒ. i. cum vino: in quo bullierit castore um. Ad melancoliam. Recipe de aqua predicta. ʒ. ſ. cum aquę bugloſſæ. ʒ. i. aquæ basiliconis, aquæ melissæ ana. ℥. ij. aqua scolopendriæ: boragi nis ana. ʒ. i. misceantur in simul: & bibatur tribus horis ante prandium. Sume etiam tabulam vnā confectionis leticię Galieni, vel letificantis Al manſoris, Ad putrefactionem epatis. Recipe de hac aqua. ʒ. ſ. cum aqua epaticę, & aqua ana. ʒ. bibatur omni sero. ʒ. i. vel. ʒ. i. ſ. & tēpore ma tutino duabus aut tribus horis ante prandium sumatur diarhodon abb. ſm Nicolaum. Ad hidropisim. Recipe de aqua prędicta partem vnam: aquę florum sambuci partes. ij. aquę feniculi partes. iij. misceantur simul: & omni vice bibes. ʒ. ſ. Vespere autem cum volueris in cubitū: sumatur tyriacæ magnæ Galieni. ℥. i. in vino: cum quo bullierint petrosilium: feni culum, apium radices capillum veneris ana pars vna: vini partes. ix. bulli antur vsq; ad comptionem tertię partis. Et de tribus in tres dies detur hy dropico duabus vel tribus horis ante prandium dialacę ſm Mesue. ℥. ij. Caueat egrotans a potationibus superuacuis: quia in hoc morbo: quan to minus homo bibit: tanto plus mingit & contra. Ad lapidem. Recipe de aqua prędicta partem vnam, aquę saxifragię, aquę alkekengę, aquę millij solis, aquę rafani, ana partes. ij. & vna hora post potionem hanc detur li tontripon. ℥. ij. Ad sterilitatem. Recipe aquę huius. ℥. ij vini albi. ʒ. i. aquę liliorum croceorum, aquę rorismarini, aquę matricarię ana. ℥. ij. bibat ma neaut sero, omni hebdomada vtendo duabus aut tribus vicibus diamar gariti ſm Auicennam. ℥. ij. Habet alias innumerabiles virtutes, quas bre uitatis causa omitto.

Fetorem oris vel narium

Epilētiā

Paralisī

ad loque lam amiſ ſam.

Melan coliam.

Putrefa ctionem

Hidropi ſim

Lapidē.

Sterilita tem

EPILOGVS.

HAbes ergo mi Fœlix iucundissimi hoc opus tibi dicatum, quod quanta ex lectione collegerim, facile a diligenti lectore potest dignosci. Quod vtinam eo ab omnibus suscipiatur animo, quo a me est editum. Potuissem multa inserere, atq; adijcere. Sed quum adeo copiose de omnibus his duo cōtubernales, Arnoldus scilicet, & Lullius, tum etiam eorum discipulus Ioannes de Rupescissa, alijq; q̄ plures modernorum disseruerint, nō immerito, ne furti accusaremur, pleraq; non illepida omisimus, q̄ q̄ plura ex eis depromp serimus. Ingenui enim pudoris est (teste Quintiliano) profiteri per quos profeceris. Adiunxissemus plura, nisi tedium legentibus ingerere putassemus. Longa enim lectio sepius deturbat legentem. Ideoq; receptui canere & reliqua, quæ eiusdem sunt artis, in calamo relinquere consultum videbatur. Tu mi Fœlix hoc opus commendatum habe: & pro viribus: vt semper ga me fuisti humanissimus, ab inuidorum morsibus defende. Suscipies breui tempore, deo sanitatem & bonam valitudinem prestante, maiora, accuratiori etiam perlustrata lance. Temporis enim breuitate impulsi, partim incorrecta: partim semiperfecta reliquimus. Qua ex re, si quippiā in eo inuentum fuerit: quod lectori rabido non faciat ad stomachum: tēpus breue me excusaturum non ambigo. Vale: & philippum tuum: vt consuesti: amato. Exactum Friburgi Heluetiorum. vi. Kalendas Martias. Anno Domini. M.D.XXV.

Biblioteca de Farmacia

Sequitur index huius opuſculi: quod Cœlum philoſophorū dicitur.

Epſa dedicatoria huius libri ad Felicem de Genaſio Valentianum i
Regula autentica deſtellis cœlo philoſophico applicandis ij
Diſtillatorium aquæ vitæ brachiatum ſm Lullium ij
Prologus huius libri ij
Caput.i. Quid ſit quinta eſſentia cuiuſlibet materiæ ſimplicis iij
Caput.ij. Quomodo extrahatur qui.eſſe.vini per diſtillationē iij
Caput.iij. Quomodo materia rudis diſtillationi minus obediens debeat putrefieri. vij
Caput.iiij. Quomodo poſſit cognoſci;an vinum digeſtum circulatoriæ diſtilliationi ſit aptum viij
Caput.v. Quomodo ſit diſtillandum circulatorie ix
Caput.vi. Quæ ſit differentia,inter digeſtionem & circulationē ix
Caput.vij. De modo extrahendi quin.eſſen.abſq; vllo labore vel expenſa. x
Caput.viij. De modo facili diſtillandi circulatorie:& extrahendi quintum eſſeabſq; vllo igne xi
Caput.ix. De modo extrahendi quin.eſſen.a quattuor elementis ad reſoluendum in ea Solem pro auro potabili xij
Caput.x. Quomodo fiat quin.eſſen.pro tincturis metallorū xiij
Caput.xi. De modo extrahendi quin.eſſen.in qua poteſt reſolui aurum,ad faciendum aurum potabile xix
Caput.xij. Quomodo extrahenda ſit quin.eſſen. mellis,quæ ingreditur aurum potabile xx
Caput.xiij. Quomodo extrahenda ſit qui.eſſen.ex chelidonia xxi
Caput.xiiij. De modo extrahendi quin.eſſen. ex ſanguine humano: ouis:carnibus &c. xxiiij
Caput.xv. De modo extrahendi quin. eſſen . ex pomis,piris,& aliis fructibus xxiiij
Caput.xvi. De modo extrahendi quin. eſſen.a floribus herbis & radicibus xxiiij
Caput.xvij. Quomodo extrahenda ſit qui.eſſe.ab anthimonio xxvi
Caput.xviij. De modo extrahendi quin.eſſen.a Sole xxvi
Caput.xix. De modo diſtillandi per deſcenſum xxvij
Caput.xx. De modo daudendi vaſa ſigillo Hermetis xxviij
Caput.xxi. De modo diſtillandi acetum & vrinam humanā:in quibus omnia metalla calcinata reſolui poſſunt xxix
Caput.xxij. De modo diſtillandi mel;quod ipſum aurū potabile ingreditur. xxx

Reſiduum.

Caput.xxiij.	De auro potabili communi	xxx
Caput.xxiiij.	De auro potabili abſq; aqua forti	xxxij
Caput.xxv.	De auro potabili abſq; terra vel aqua forti	xxxiij
Caput.xxvi.	De auro potabili cum ſpeciebus aromaticis	xxxvi
Caput.xxvij.	De auro potabili ex floribus cordialibus	xxxvij
Caput.xxviij.	De auro potabili ex quinta eſſentia per lapidē	xxxviij
Caput.xxix.	De auro potabili cum melle	xxxix
Caput.xxx.	De auro potabili ex ſolo auro & aqua vitę	xl
Caput.xxxi.	De auro potabili cuiuſdam epiſcopi Treuerenſis	xl
Caput.xxxij.	De auro potabili ex vino grẽco vel ſimilibus & ſpecieb⁹ aromaticis	xli
Caput.xxxiij.	De alio auro potabili excellenti	xlij
Caput.xxxiiij.	De auro potabili cum gemmis	xlij
Caput.xxxv.	De auro potabili ada paraliſim	xlij
Caput.xxxvi	De alio auro potabili bono	xliij
Caput.xxxvij.	De alio auro potabili cum aqua forti	xliij
Caput.xxxviij.	De alio auro potabili	xlv
Caput.xxxix.	De auro potabili volatili	xlvi
Caput.xxxix.	De alio auro potabili	xlvij
Caput.xl.	De alio auro potabili precioſiſſimo	xlvij
Caput.xli	De auro potabili vegetabili	xlvij
Caput.xlij.	De vltimo auro potabili	xlviij
Caput.xliij.	De aqua vitę compoſita pro hominibus frigidę cõplexionis vel regionis.	xlix
Caput.xliij.	De aqua vitę compoſita Friderici tertij	l
Caput.xlv	De alia aqua vitæ compoſita	l
Caput.xlvi	De alia aqua vitæ compoſita	l
Caput.xlvij.	De alia aqua vitæ compoſita	li
Caput.xlviij.	De alia aqua vitæ compoſita	li
Caput.xlix.	De alia aqua vitę compoſita, qua vtebatur quidam comesplatinus.	li
Caput.l.	De alia preciosa aqua vitæ compoſita	li
Caput.li.	De alia aqua vitæ compoſita, bona	lij
Caput.lij.	De alia aqua vitæ compoſita	lij
Caput.liij.	De alia aqua vitę compoſita	liij
Caput.liij	De alia aqua vitę compoſita: quę valet ad vertiginem capitis, & paraliſim	liiij
Caput.lv.	De alia aqua vitæ compoſita valde preciosa	liij
Caput vltimum.	De alia aqua vitæ comp. oĩm aliarū precioſiſſima	liij
Epilogus operis huius		lvi

Finis.

Biblioteca
de Farmacia